COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.

VOLVMINIS XXIII. PARS II.

LIPSIAE MDCCLXXIX.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
ondini apud Fr. Elmsly. Edinburgi Io. Balfour. Lugd. Bat. ap. Fratres
chtmann. Parisiis Barroi senior. Venetiis Io. Bapt. Pasquali. Milano
los. Galeazzi. Augustae Taurinor. Laurent. Giraud. Holmiae
Magnus Sweterus.

I.

Journal de médecine, chirurgie, pharmacie cet. Par. Mr ROUX. Tom. XLIII. à Paris 1775. 12. pag. 576. Tom. XLIV. ib. eod. pagg. 576.

i. e.

Diarium ad medicinam, chirurgiam, pharmaciam etc. pertinens, Auctore ROUX, Tom. XLIII. et XLIV.

More consueto per singulos indicabimus menses sequentia. Igitur:

Mensis Ianuarius: p. 3.

1) Cl. BERNH. PEYRILHE dissertatio academica, *de cancro*, quam alibi *) recensuimus. p. 7.

2) DUPLAN observationes de *duabus pleuritidis speciebus*, quarum altera in iuuene viginti quinque annorum repetitis venaesectionibus in pede, altera vero in femina triginta trium annorum, cum diarrhoea, ventris duritie, borborygmis et torminibus vehementibus coniuncta, per venaesectionem in brachio dextro, ptisanam et cantharides in suris applicatas, sublata est. p. 19.

3) POMMEL. observatio de *variolis confluentibus*, quas leniora sequebantur symptomata, cuius rei causam fuisse hanc censet Cl. Auctor, quod puer ante aliquot dies ferro candente alterum laeserat crus, quo facto vehemens inflammatio p. 28.

*) v. comm. nostr. Vol. XXII. p. 689.

tio ſuppuratioque accedens materiam variolo
ipſi ſubtraxerat morbo.

p. 30. 4) Epiſtola Cl. MAVDVYTI DE LA VARENN
de quadam peculiari variolas tranſplantandi ratio
Concernit illa potiſſimum morem inter Chinenſ
receptum, quo cruſtas varioloſas ſiccatas et in p
verem redactas ope goſſypii indunt naribus, atq
contagium varioloſum ſic producunt. Obſeruatio
nes variae illuſtrandae rei propoſitae inſeruiunt.

p. 37. 5) Relatio de *quatuor hominibus ſuffocatis*
gypſi fodina, Auctore Cl. ROCHARD; purifica
quippe aëris cauſa ſuffumigia cum ligno iunip
quod comburebatur facta erant, quae tamen aër
raritatem efficiendo, exhalationibus noxiis, ma
rem conciliarunt noxam.

p. 48. 6) Cl. BANAV obſeruatio *de ſuffocatione a v*
poribus carbonum. Cl. BANAV cuidam abbati ſuff
cato auxilio fuit, veſtimenta ei exuendo, aëri li
riori illum exponendo, ac humectando corpus aq
frigida. Abbas in vitam reuocatus ſtatim auidi
me oxycratum potauit, ac vires aceti vinoſi in ip
paroxyſmo naribus frequenter admoti, quibus
quam maxime ſenſit leuatum, refocillatumque,
modum laudauit.

p. 51. 7) Epiſtola ad Auctorem huius diarii a cl
THIER de methodo *hernias cauteriis curandi*; d
bus enim exemplis egregium huius remedii vi
declarare confirmareque ſtudet.

p. 64. 8) Obſeruationes Cl. BOURIENNE de *abſc*
bus in muſculorum abdominis interſtitiis. Tria exe
pla hic commemorantur, quae ab externa qu
erant cauſa, felicem habuere euentum. Ver
eiuſmodi abſceſſus, ſi iuſto ſerius deprehendu
funeſtum augurari ſinunt exitum, quia pus vel
peritonaeum tranſire, vel ſeſe in contextu cell
loſo diffundere ſolet.

9. Epi

9) Epiſtola Cl. BECHEREL *de gutta ſerena feliciter ſublata*, a ſubitanea menſium obſtructione hoc malum ortum erat, eique ſaepius repetitis venaeſectionibus medebatur. Simile exemplum legitur apud SCHARSCHMIDIVM *). p. 80.

Menſis Februarius:

1) Cl. PLANCHONI obſeruatio *de fluxione catarrhali veſicae*. Praemiſſa huius morbi deſcriptione omnia illuſtrantur, declaraturque decoctum vuae vrſi cum nitro et glycyrrhiza quam maxime conueniſſe aegro, vt ſanitatem recuperaret. p. 118.

2) DESGERAUD obſeruatio *de aſcitide*. Oleo liuarum cum ſpiritu ſalis ammoniaci volatili inuncto abdomini aegrum ſanatum aſſeritur. p. 128.

3) LAPEYRE obſeruatio de operatione *empyematis* in infante poſt pleureſin pure in pectore collecto. Omnis cura pectoris inciſione et puris emiſſione potiſſimum abſoluta eſt. p. 130.

4) Cl. OTERRAS obſeruatio *de particulae oſſis fibulae ſeparatione*. Laeſum erat os ob caſum, quem perpeſſus erat aegrotus. p. 136.

5) Cl. CARLIER obſeruatio *de fractura oſſis femoris in inferiori parte per tormenta bellica*. Amputatio hoc in caſu non adhibita eſt, ſed ſeparatio particularum oſſis, ſuppuratioque copioſa totam curationem perfecit. p. 151.

6) Cl. BYIOL relatio *de naturali quadam amputatione oſſis fibulae*. In aegro videlicet, febre magna vexato, ſeparatio oſſis fibulae facta erat, exfoliatione autem non rite procedente, caſu reſtituebatur is fortuito. Suppuratio enim aegro in genua collapſo ſuperuenit, quae articulationis ligamentis conſumtis, plenam effecit oſſis ſeparationem et aegro p. 160.

*) Vid. Relationes medico chirurgic. ann. III. p. 172.

priſtinam valetudinem reſtituit. Varii caſus amp
tationem concernentes adiecti ſunt huic tractatio

p. 172. 7) Cl. IUVILLE epiſtola *de bracheriis elaſti*
in herniis inguinalibus. Accurata harum delec
ptione et recta applicatione praemiſſa, de eorum
egregio vſu diſſeritur.

p. 181. 8) Cl. VILLAINE obſeruatio *de febre putri*
da verminoſa feminae, quam aqua vino permi
feliciter propulſauit Noſter.

Menſis Martius.

p. 215. 1) Cl. POMA libellus de *ſynocho putrida*, qu
per euacuationem criticam ſanguinis nigricantis
ano factam, quae libras duas et dimidiam ſangui
eiecit, penitus ſublata eſt.

p. 217. 2) Cl. CAPMAS obſeruatio *de hemiplegia*
apoplexiam ſeroſam orta. Iamdudum medici h
ratione hemiplegiam oriri poſſe docuerunt, et
naeſectionem et veſicatoriorum applicationem c
fructu adhibuerunt, Noſter veſicatoriis eam ſana

p. 222. 3) Cl. THOMASSIN *de rachitide.* Quamqu
BOERHAAVIUS aliique aſſerunt, rachitidem m
bum eſſe infantilem, nihilo tamen ſecius hanc
iuuene ſeptemdecim annorum obſeruauit No
atque huius mali cauſam in manuſtupratione p
tam coniicit, aegro tamen negante, nihil c
decernit. Fato vero exſtinctus eſt iuuenis, qu
imperiti medici male hanc tractauerant rachitid

p. 271. 4) Epiſtola Cl. DU CHANOY *de ruptura t*
dinis Achillis, qua continetur hiſtoria viri qua
ginta annorum, cui tendo hic ruptus abſque ſu
ra, per approximationem ruptarum partium et
gationem pedis per vincturam in integrum
reſtitutus.

p. 278. 5) Epiſtola Cl. PIETSCH ad Cl. MARTIN
trepanationis in cranio laeſo inutilitate, eo videli

n casu, si noua integumenta per naturam producta ulnus obducant cicatrice.

Mensis Aprilis.

1) Cl. MONTFILS *de virtute extractorum bor-* p. 314.
aginis et buglossi in gonorrhoea venerea. Illa ex-
racta in fontana aqua sumi iubet, atque affirmat
n vniuersum aegros ita sanari posse; addi quidem
possunt extractum altheae et graminis, sed Noster
bseruauit haec additamenta nihil conferre, ideo-
que conuenienter abesse posse; quae omnia va-
iis exemplis vberius illustrantur atque firmantur.

2) Cl. BOURLEYRE commentatio *de auxilio* p. 322.
naturae in exfoliatione ossis cranii non nimium con-
ius. Noster exfoliationem interdum esse exspe-
ctandam arbitratur, quum natura ipsa ad hanc
operationem sustentandam optima remedia soleat
adhibere, experientiaque edoctus multa exempla
lectu digna addidit.

3) Cl. IALOUSET *de operatione chirurgica in* p. 366.
orificio et collo vteri, quae in femina triginta quinque
annorum ab anno aetatis decimo quinto vteri pro-
lapsu cum totius vaginae detorsione laborante, a Cl.
Auctore instituta est, et qua effecit repositionem
vteri. Verum inter ipsam grauiditatem vteri prola-
psu absque vllis molestiis, paucis tantum difficulta-
tibus in vrina mittenda exceptis, laborabat haec fe-
mina. Partus tempore appropinquante Noster ac-
cersitus, et orificium vteri difficulter detegens, illud
margine duro et calloso, quod tribus diebus inter
dolores partus non dilatatum erat, conspiciebat ob-
situm. Quare propter cartilaginosam indolem ac
crassitiem vteri, cepit consilium de collo illius inci-
dendo, quo facto ob nimiam vteri contractionem
ruptura colli sequuta est, atque tum, aliis incisioni-
bus in vteri collo factis, totali disruptioni vteri offe-

cit. Quibus omnibus per vnius et dimidiae [illegible] ſpatium peractis, mortuus infans eductus eſt. [illegible] ſter deinceps vterum repoſuit, et, iniectionibus [illegible] hibitis, lochia bene fluxere. Non diu poſt [illegible] ſtrua apparuere, et femina ſana, ſi peſſario [illegible] eſſet, non prolapſu vteri iterum laboraſſet. [illegible] VAN SWIETEN praeterea et PORTAL caſus ſimi[illegible] commemorat.

Menſis Majus.

p. 387. 1) Cl. PRIESTLEY experimenta et obſer[illegible] tiones *de differentia aëris*, ex Anglico ſermo[illegible] translata *).

p. 415. 2) Cl. ACHARD obſeruationes *de duobus [illegible] dropicis, et de calculo veſicae*, qui in tunicis veſi[illegible] per mucoſitatem ſeſe fixerat.

p. 427. 3) Cl. HARMAND *de funeſtis cauſticorum [illegible] eſcharrhoticorum remediorum in cancro ſanando eſ[illegible] ctibus.* Exemplo Ipſi eſt femina triginta ſex ann[illegible] nata, cui mammilla dextra cancroſa fuit, et qu[illegible] exſtincta eſt. Cauſam mortis ponit in ſiniſtra [illegible] plicatione emplaſtrorum corroſiuorum a quod[illegible] agyrta facta, atque ſectione accedente docet, fe[illegible] vtique potuiſſe, vt per curam palliatiuam fem[illegible] vitam per aliquod tempus ſeruaſſet.

p. 441. 4) Cl. DEGRAVERS de *oculo vulnerato [illegible] humoris aquoſi emiſſione, ſubſequuto ſtaphyloma[illegible]* Primo obtutu timuit Noſter de obturatione pupi[illegible] lae, ſed, ſtaphylomate aperto, quo iris iterum fac[illegible] in locum ſuum reſtitui poſſet, repetitis venaeſectio[illegible] nibus, et ſuffumigiis emollientibus rite adhibi[illegible] omnia ex voto ſucceſſerunt.

p. 443. 5) Cl. DU CHANOY de *tendine Achillis* rupt[illegible] PETITI machinam huic rei cauſa inuentam tra[illegible] qua[illegible]

*) v. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 124. ſq. 437.

em prorſus inutilem reiicit, atque methodum
n multum ante commendatam *) laudat.

6) Epiſtola Cl. MONTBALLON *de eodem argu-* p. 450.
mento, qua itidem methodus Cl. DU CHANOY exem-
is illuſtrata de meliori commendatur.

7) ANT. LE CLERC *de grauiditate quadam* p. 457.
octodecim annos imaginaria. Femina partu-
ens crudeliſſimis inſcii cuiuſdam artis obſtetri-
ae magiſtri manipulationibus male affecta erat,
nde per vnius anni ſpatium aegrotando in matrice
ungentes ſenſit dolores, donec ſub finem decimi
ſtui menſis, recuperata aliquatenus valetudine,
rauidam ſe factam indiciis quibuſdam prodidit.
erum, finitis nouem menſibus, ſopiti dolores rede-
ntes vitam eius per octodecim annos admodum mo-
eſtam reddidere. Tandem defuncta eſt, ac cadauere
iſſecto conſpicuum factum, eam nequaquam fuiſſe
rauidam, ſed matricis et ouarii tumore laboraſſe.

8) Cl. IUVILLE epiſtola II. *de bracheriis ela-* p. 463.
ticis ad hernias inguinales. Prioris iam ſupra ad
nenſem Februarium mentionem fecimus.

Menſis Iunius.

1) Cl. PRIESTLEY experimenta et obſerua- p. 483.
ones *de differentia aëris* **).

2) Cl. DUPLAN *de phthiſi cauterio ſanata.* p. 505.
Omnis cura abſoluta eſt equitatione, vaporibuſque
ediocriter calidis, quibus vlcus pectorale aper-
um eſt, quo facto inter ſcapulas fontanella appli-
ata, aegra lactis et aquarum mineralium vſu recu-
eranit valetudinem.

3) Cl. EMMANUEL *de tumore ſcirrhoſo ventri-* p. 515.
culi. Vir ſexaginta annorum grauatiuum dolorem
entiens circa ſtomachum, cuius cauſam in ſuppreſſa

*) v. ſupra p. 198.
**) v. ſupra menſe maj. l. c.

tranſpiratione ponebat, varia medicorum ſibi ex
tiit conſilia, quibus indicabat rectum abdom
latus externe durum, vnde omnes de tumoris p
ſentia conueniebant inter ſe. Vexatus eſt eo
nuis vomituritionibus vehementioribus, emiſſ
liquoris mucilaginoſi, grumoſique atrum refer
tis colorem, et tandem exſpirauit. Sectione fa
duo tumores ſcirrhoſi et carcinomatoſi hum
quodam colorem rubri vini referente conſpicui f
ſunt, duodenum quoque et pylorus ex parte ſc
hoſi fuere, ipſumque ſtomachum glandulae ſcirr
ſae obſedere etc.

p. 525. 4) Cl. TESTART *de carbunculo*, qui feminae
cham occupans, ſeſe verſus humeros extendit,
ceſſiue ad apophyſes vſque tranſuerſales occ
et aures. Variis remediis adhibitis, ichoroſa ma
ries acris per parua foramina tranſiens, gang
nam effecit. Corticis chinae vſus internus ac
ac externus vna cum inciſionibus prudenter fa
aegrae ſaluti fuere.

p. 530. 5) Cl. FIGUET epiſtola ad Cl. LEVRET *de*
tractione corporis peregrini ex vagina vteri. In
dium profert Noſter hiſtoriam de vlcere in vag
a nimis magno peſſario exiſtente, cuius medela
eius extractionem forcipis Leuretianae ope, per
ctum tenuem, ac emollientes, detergentes at
adſtringentes iniectiones facta eſt.

p. 538. 6) Obſeruatio Cl. FILLION *de vulnere per*
domen tranſeunte vna cum apertura inteſtini. Tre
cim videlicet annorum puer a tauro cornibus tra
foſſus erat, vulnus inde inflictum et ſuppura
ruptumque inteſtinum liquoribus balſamicis, a
regimine praeſcripto et ipſius adeo naturae be
ficio perſanatum eſt.

p. 552. 7) Cl. D'ARCET experimenta *circa quaſd*
mixtiones metallicas, quae in calidam iniectae a
vu

ſus mollitiem ac fluiditatem aſſumſere. Huius rei
tia praeprimis wiſmutho, ſtanno atque plumbo
s eſt.

Tom. XLIV.

Menſis Iulius.

1) Cl. FOVRNIER obſeruationes *de febribus* p. 3.
idis et malignis, per quinquaginta annos ſtu-
ſe collectae atque hic communicatae. Prae-
ſſa enim commentatione de natura et cauſis
mediatis febrium, ipſae malignae febres, ne
boriatur confuſio, a ſe inuicem probe diſtin-
uuntur, 1) in proprie ſic dictas, quae omnes,
ſque omni aetatum ſexuumque ratione habita,
uadunt, et frequentiores apud meridionales, quam
ptentrionales eſſe ſolent nationes, 2) in purpu-
is, exanthematoſas, et petechiales, 3) in malig-
m peſtilentialem. Ceterum de ſignis, praeſa-
is, tandemque de recto vomitoriorum ac veſica-
oriorum remediorum aeque, ac venaeſectionum
ſu differitur.

2) Cl. LE CLERC epiſtola ad GOVBELLY *de noxio* p. 56.
ſu interno ſpirituoſorum remediorum, praeprimis
morbis pectoris: Inter iis aquae vitae et *liqueur*
Sicur TREFENSCHEIDLE prorſus reiiciuntur.

3) Cl. LEAUTAUD obſeruatio *de vlcere maligno* p. 63.
febre ardenti ſanato. Repetitae venaeſectio-
nes, applicatio emplaſtri *manus dei* cum vnguento
mucilaginoſo mixti, inunctio laeſae partis cum oleo
roſarum et hyperici et aqua vitae ſuppurationem
terum prouocarunt, interne vero apozemata et re-
media mitigantia, incraſſantia et abſorbentia admo-
dum proficua fuere.

Menſis Auguſtus.

1) *Collectio operum phyſicorum et medicorum* RI- p. 99.
CHARD MEAD *in linguam Francogallicam translato-*
rum

rum a COSTE *). Priores editiones, ne Lo
nenſi **) quidem excepta, non omnia contine
Cl. MEADII ſcripta. Prior enim editio, a LO
1751 publici iuris facta, tantum comprehend
tentamen de venenis, (quod Gottingae 1749 c
OEDERI et Francofurti 1763 latine prodiit) t
ſtatum de peſte et variolis, translationem RHA
de eodem morbo, commentationem de influxu
lis et lunae in corpus humanum, diſcurſum a
verſarium ex inſtituto HARVCI habitum in col
gio medicorum Londinenſium, et diſſertatione
de nummis in honorem medicorum Smyrnae c
Quam quidem Lorryanam editionem iterum CA
LIERIVS ſub nouo hoc prodire iuſſit titulo: *
lationes et praecepta medica duobus voluminibus, S
quamquam haec perfectiſſima dicatur editio, tam
in ea deſiderantur commentatio de morbis, quor
in ſacris fit mentio literis, deſcriptio Machinae S
tonianae renouandi aëris cauſa, et diſquiſitiones
ſcorbuto maris. Neque editio Amſtelodami p
blicata omnibus numeris eſt abſoluta, nam omi
ſunt praecepta medica, medicina ſacra, et diſſert
tio de nummis. Itaque, ne Lectoribus de hoc de
ctu detur occaſio conquerendi, omnia ſtudioſe co
geſſit COSTE, diſcurſibus praeliminaribus vnam
quamque commentationem inſtruxit, atque phyſ
cas, medicas et chirurgicas animaduerſiones adiecit.
Cl. WINTRINGHAM monita et praecepta medica
cet. Cl. MEAD notis additis edidit ***).

p. 141. 2) Cl. LE FEURE *de vomica cum meditationibus de remediis cauſticis et eſcharroticis externe adhibitis et in cura cancri ab* HARMAND *proſcriptis.* Vomicam ruptam Noſter per infuſionem florum pedis cadi et hyperici

*) v. Comm. noſtr. Vol. XXI. p. 561.
**) The medical Works of MEAD. v. ib. Vol. XV. p. 697.
***) v. Comm. noſtr. Vol. XXI. p. 725.

ypperici melle addito, pillularum MORTONI duo-
is granis, et de cynogloſſa duabus doſibus mixtis,
as mane et veſperi aegra ſumebat et clyſtere
m ſero lactis, curare tentabat. At morti iam
roxima videbatur aegra, igitur ad modum Cl. TIS-
OTI propinabat infuſionem ſambuci cum oxy-
elle ſquillitico, quo ſucceſſu temporis vomitio-
s inſequebantur, omniaque ad meliorem condi-
onem vergere videbantur. Quare ſuadente Cl.
OISSONNIER praeſcripſit ipecacuanhae vnum
ranum, pillularum de cynogloſſa duo, balſami Pe-
uiani doſes octo, haec cum ſaccharo mixtae in pil-
las redigebantur quatuor, quarum tres tribus ho-
s capiebat, et, continuato hoc regimine, vigeſimo
arto die conualuit aegra, et omnis cura per pur-
ationes ex manna et terra foliata tartari finita eſt.
aeterum ſe in ſequentibus defendit ob mortem
b vicerato cancro productam, ſibique imputatam,
omnia transfert in agyrtam, qui ichorem lon-
ius retinendo eius in ſanguinem refluxum non
mpediuerat; atque his ſubiicit, tutiſſimum reme-
ium hic cauterium fuiſſe, quod exemplo addito
luribus docet.

3) Obſeruatio Cl. GALLOT *de vulnere capitis cum* p. 156.
fractura cranii. Id quod ſuppuratione, apto regi-
mine, et aliis remediis conuenientibus eſt ſanatum.

Menſis September.

1) Cl. BVCHAN medicina domeſtica, e lingua p. 295.
Britannica translata a I. D. DUPLANIL *).

2) Conſilium Facultatis medicae Pariſinae *de* p. 307.
malo venereo infantum, quo ad Inſpectorum Xeno-
dochii Aquarum Sextiarum quaeſtiones reſponde-
tur. Collegium medicorum aſſerit, infectionem
in neogenito difficulter eſſe cognoſcendam, eamque
ſe

*) v. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 580.

ſe vix die duodecimo aut intra menſem prod
praeprimis ſi mater mercurio vſa fuerit. Ob
conſuetudinem illam quatuor vel quinque lib
lactationis gratia vni committere nutrici, qua
ctio facilis et communis poteſt fieri, repreh
Symptomata dein deſcribuntur, inter quae pri
pem locum occupant palpebrarum glandulae,
albam purulentamque gonorrhoeae ſimilem
tunt materiem; ſed in aetate tantum infantili
ram palliatiuam ſperandam eſſe collegium de
nit. Laudantur autem hic cinnabarina fumi
praeferunturque mercurialibus. Modus proced
is eſt, vt infans in corbi conſtitutus ſuper ſuffi
gia teneatur, ita tamen, vt caput fumo non ſit e
ſitum. Repetitio ſuffumigiorum per tres vel
tuor dies fieri debet, et prioribus quidem per
tuor vel quinque minuta, reliquis diebus per ſe
horium. Frequenter purgandi ſunt infantes,
poſt ſuffitus non ſtatim in cunas ponendi,
in aëre liberiori circumferendi. Omnis cur
plurimum quindecim ſuffumigiis abſoluitur.

p. 322. 3) *De ratione taeniam propellendi.* O
cura eo redit. Iuſculum butyraceum aegro
ante curam eſt propinandum et clyſma emolli
adhibendum, quod dein ſpecificum ipſum ſequi
cuius ſumma haec eſt: duae vel tres drachmae
cis maris (non ramoſae dentatae) in vnciis qua
vel ſex aquae filicis vel ceraſorum dentur, ap
centur purgantia e panacea mercuriali quatuor
cies dulcificata, e ſcammonii granis duodecim
ſex vel ſeptem granis gummi guttae, et cum
fectione hyacinthorum fiat bolus. Rex Fran
galliae formulam huius remedii magnis ſumti
emtam ſalutis ciuium cauſa publici iuris facere in
et NVFFERIA, quae vendidit, ab alio, cui olim v
diderat, propterea vocata eſt in iudicium. Qu
reliqu

liquum eſt hanc methodum etiam in PLINII hiſt. L. XXVII. c. 55. his verbis inuenimus. *Filix radix pellit — interaneorum animalia: ex his taeniam cum melle — aluum ſoluit, primo bilem trahit, mox aquam, melius taeniam cum ſcammonii pari dandere*, cf. DIOSCORIDES de mat. med. L. IV. c. 186. Eſt autem, vti etiam monitum eſt in egregio libro*) rem non ſatis ob magnam vtilitatem laudare poſſumus, magna cautio ſuadenda hoc remedio vtendi. Malis enim profecto magna eſt.

4) Cl. GALLOT *de morbo ſoporoſo ab iracundia producto.* Clyſteres, veſicatoria, aqua caſſiae, tiſana e radicibus paeoniae, glycyrrhizae, floribus ſambuci et tiliae cum ſyrupo diacodii magnum leuamen attulerunt aegro ſanitatemque eius reuocarunt. p. 330.

5) Cl. DUBRANA *de lue bouina in tractu Conſonenſi.* Primum in cauſam morbi inquirit, docetque malum ad homines non tranſire, demumque inſtituti explicat rationem. Obſeruationes et experimenta in cadaueribus inſtituta prodidere omnem cauſam morbi in acido latuiſſe, cui curatio eſt accommodanda. p. 335.

6) Cl. MORIN examen criticum commentationis BERTRANDI *de abſceſſibus hepatis occaſione capitis vulnerum obortis, cum animaduerſionibus practicis de venaeſectione.* Cl. BERTRANDI a ſympathia partium hos abſceſſus deduxit, multaque protulit, quae communionem quamdam cerebrum inter et hepar declarare videntur, ſed omnia hypotheſibus ſuperſtruxit atque inuoluit. p. 342.

7) Cl.

*) *Sammlung auserleſener Abhandlungen zum Gebrauch praktiſcher Aerzte. 2 Band. 4 Stück, p. 157.* Ibi ex eodem tractatu omnia ea in linguam Germanicam translata, quae ad praeparationem regimenque aegrorum eiuſmodi, huius remedii nouitatem, taeniarum diuerſitatem cet. pertinent, reperiuntur.

p. 378. 7) Cl. CHARNAUX *de laesa arteria radiali rata sine ligatura.* Huius rei causa applicauit fo nia circularia et longitudinalia cum linteo carp et vinculis trium vlnarum in longum proten torcularique in superiori brachii parte appos vinoque aromatico et agarico adiecto. Cl. ru sv potissimum in hac methodo exemplum quutus est.

Mensis October.

p. 310. 1) Cl. VIVARES *de tumoribus cystici* in pol rioribus repertis et post colicam violentam pro nientibus. Femina colica et febre infestaba abdomen tensum et sensibile erat, et sub cart ginibus sterni tres tumores versus dextram partem extendentes deprehendebantur, ope e sterum centum triginta et nouem bullae, ouis maturis similes, crustis destitutis, variae magnit nis et coloris, materiam meliceriti similem co nentes, expulsae sunt. Ob infirmitatem, his aba nutrita est solo lactis sero, donec sensim sensim solidiora edulia assumere poterat.

p. 363. 2) Cl. IMBERT *de tumore vlceroso in mala, fistulas saliuales producente.* Hae fistulae fe fixam in ductu saliuali Stenoniano occupaue posteriori loco posita leui quodam lenique splen appositio sanata est, prior vero lapidis infernalis o sublata.

Mensis November.

p. 387. 1) Cl GIRARD *lupiologia* siue tractatus de t moribus, qui lupiarum *) (*des loupes*) nomine i signiuntur. Tribus partibus hanc doctrinam com plect

*) v. Comm. nostr. Ildae decad. indic. triplic. sub v bo *Lupiae.*

lectitur, prior sistit theoriam horum tumorum, et naturam, characteres essentiales, differentias, sedem mechanicam, formationem, causas, phaenomena, accidentia considerat, et quale de iis sit iudicium ferendum: posterior de varia methodo circa eos praecipit, commemoranturque varii modi, quibus eorum destructio, compressio, suppuratio, ligatura, amputatio et exstirpatio tentata est. Simul de vsu medicorum agitur, de essentia, effectibus, ratione agendi substantiarum corrosiuarum et de electione earum, quibus additae sunt obseruationes, sententiam Nostri super hac re vlterius confirmantes. Tandem tertia pars de lupiis proprie dictis, de ganglio, de tumoribus cysticis oculi etc. disserit.

2) Dissertatio Cl. BOUTEILLE ad Cl. DARLUC *de variolarum inoculatione*, et Cl. REBIERIVS *de variolis inoculatis*. Singulare quid de puella contagio variolose infecta hic commemoratur, quae statim post partum non frequentes variolarum eruptiones absque suppuratione est passa, quas funiculi per annum fere persistentes comitati sunt. Haec puella, annum quum ageret aetatis vigesimum sextum, more Suttoniano inoculata est, statim, operatione peracta, in regione humerorum dolores cum febre sensit, maculae apparuerunt rubrae, et colorem pomorum aurantiorum referentes. Perspiratio vero odorem allii prodidit, verum variolae minime eruptae sunt: itaque altera vice huic methodo sese submittens quatuordecim diebus post vna tantum variola in manu erumpens suppurauit. P. 398. P. 415.

3) Obseruationes Cl. MARCHAND *de abscessu recti*. Nouem hic exempla leguntur, quae eo potissimum tendunt, vt dissectio intestini recti dissuadeatur et ea methodus praecipiatur, qua ex P. 439. P. 545.

legibus artis in vnoquoque abſceſſu aperiendo
tractando more conſueto verſari ſolent chirur
nihilo tamen ſecius Noſter concedit, fieri po
vt in quibuſdam exemplis neceſſitate et rebus
p. 453. iubentibus ſectio ſit facienda. Examinis cri
ſuper commentatione Cl. BERTRANDI de abſc
bus hepatis pars tertia, qua inordinatam ſangu
circulationem tamquam tertiam talis abſceſſus e
ſam examini ſubiicit, addendo inſuper nouem
ſervationes.

Menſis Decembris.

p. 484. 1) Cl. BORDEU *de morbis chronicis* eorum
comparatione cum morbis acutis, de eorum
riodis, natura et ratione eos aquis mineralibus
genſibus aliiſque ſanandi. In priori hoc tomo th
ria generalis morborum et analyſis medica ſang
nis proponitur, additis in fine diſputationibus
cachexia purulenta et gangraenoſa.

p. 512. 2) Cl. BOUTEILLE diſſertatio, *de inoculati*
variolarum.

p. 524. 3) Cl. GALLOT commentatio *de duobus ſy*
ptomatibus peculiaribus, in duobus aegris obſerua
Prius ſymptoma in femina viginti ſex annorum
citer contigit, quae, diarrhoea a ſuppreſſa tranſp
ratione oborta, affectus ſenſit ſpaſmodicos, dolore
in toto corpore, delirium ſoporoſum et maniacum
tumorem pedum et digitorum, ob contractionem
immobilitatem etc. ſingulare in hoc caſu fuit, quo
manus nigro colore tinctae fuerunt, qui quidem co
lor calida aqua abſtergi poterat, ſed tamen iterum fu
bat conſpicuus. Auctor hoc ſymptoma tribuit gra
graenae in viſceribus ortae et latenti. Poſterius in
nobili quadam femina ſeſe prodidit a cephalalgia e
doloribus in latere dextro infeſtata etc. cuius in ca
pite oſcillatorius audiebatur ſonus.

4) Cl.

4) Cl. PARIS obſeruationes *de morbis Turca-* P. 534
. Ad morbos Graecorum et Armeniorum com-
nes, indigeſtio et inflammatio ſtomachi referun-
quorum cauſa immoderatus vini eſſe ſolet vſus,
enii tamen magis ſobrio vitae generi dediti non
atriter his afficiuntur. Sobrietas quoque Tur-
m laudatur, at opii vſus et aromata ſomnolen-
et maniam, vſus narcoticorum relaxationem
iminutionem toni, ſenſibilitatis, contractilitatis
notus partium inducunt. Phthiſis dorſalis ner-
cum febre, magna infirmitate, dolore fixo in
ebris colli, reſpirationis difficultate, indigeſtio-
et hyſtericis ſymptomatibus, ac irritatione et
ibilitate neruorum comitatur. Iſte complica-
morbus difficulter curam admittit, neque lac
is conuenit propter ſtomachi infirmitatem.
rcae, Graeci et Armenii quoque abutuntur ſca-
cationibus. In cephalalgia ſtatim accerſitus chi-
rgus, qui vinctura collum conſtringere et inci-
nes circa aures facere debet, quo ſanguinis exeat
ſtiuncula et dolores capitis leventur. Comme-
ratio de extractione aciculae, quam iuuenis in P. 552.
alem vrethrae intulerat, et quae ad radicem vſ-
proceſſerat. Alius iuuenis ope acus nexorii
futoria obducti, illam extraxit.

II.

himie experimentale & raiſonnée. Par Mr.
BAUMÉ. T. II. à Paris. 1773. 8. 1 Alph. 18 Plag.

i. e.

emia experimentalis et rationalis. Auctore
Cl. BAUME Vol. II. *)

*) vid. ſupra. p. 54.

p. 1. Quamquam ſi nitrum cum gypſo deſtilla
ſubiicitur, paucus tantum et tenuis latex
dus vas deſtillatorium tranſcendit, magnam t
nitri partem a gypſo ſub hoc labore deſtrui,
duum in retorta nitrum calcareum et tartar
triolatus arguunt. Arcta enim nitroſi acidi
terris calcareis eſt affinitas. Quae cum longe
motior ſit inter terram vitreſcibilem et acidum
troſum, mirum non eſt, ex nitro ope aluminis
fortius acidum expelli poſſe. Vere enim tale
plus valet eo, quod per vitriolum acidumve
licum nitro affuſum inde colligitur; etiamſi no
multos vapores ſpargit, nec colore tam profu
conſpicuum eſt. Debilius eſt, quod mediante
gilla elici ſolet. Quodſi tamen omne id, qu
recipulum deſtillauit, abiicitur, donec vapores
gentes rutilare incipiunt: acidum ſat colorat
fumans obtinetur, idque eo copioſius, quo di
gilla acido vitriolico fuerat, tantoque magis
ratum et fumans, quo plus ferri eidem inha
Quam tenax vero acidi vitriolici argilla ſit, vel
apparet, quod vaſorum murrhinorum et ſic dict
lapideorum (*de grés*) maſſa inſignem tamen
violentiam experta, acidum nitroſum ex nitro
p. 9. gare valeat. Cl. Auctor hac ipſa occaſione de
ratu illo (adiecta icone) exponit, quo in aqua
tis officinis vulgo vti ſolent. Peculiaris vero
nacum eſt ſtructura, quos *galeres* vocant, ita
parata, vt ſingulo fornaci viginti quatuor et
vaſa deſtillatoria imponi poſſint, ſenis arg
biniſque nitri partibus repleta. Maſſa in vas
ſidua, argilla et tartaro vitriolato inuicem
conſtat. Quam ſi cum aqua et alcali ſufficient
coxeris, et liquorem deinceps percolaveris,
conſequeris, vt per euaporationem tartarum
triolatum, difficulter alias ex hac maſſa ſegre
dum, obtineas.

Ex acido ſalis et alcali vegetabili, *ſal febrifu-* p. 13.
ſ SYLVII naſcitur. Idem ex confuſis liquore al-
no et ſalino terreo emergit. Ignis illud non de-
it, quemadmodum etiam acidum vitriolicum et
ofum in miſcela eius dirimenda parum valent.

Ex ſale lixivo vegetabili et aceto deſtillato *ter-* p. 15.
foliata tartari progignitur. Quae cum nitro
cineribuſque clauellatis paratur, ſquamoſo ha-
micam aemulatur. Atque hoc ab aliis huic
alcalinae admixtis ſalibus neutris proficiſcitur.
ro fixo enim aliqua nitri veri copia, cineribus
ellatis vero tartarus vitriolatus et ſal commune
ſt. Propterea etiam in aceto vini ſalium neutro-
alcalinis adhaerentium indicium eſt; ſiquidem
acido lixiuum ſal non prorſus ſatiaueris, et ſolu-
em ad ſyrupi vſque conſiſtentiam inſpiſſaueris;
e deinceps poſt aliquot dies ſalium neutrorum
ſtallos deiicit. Terrae foliatae tartari vnciae octo
deſtillatione praebebant acidi concentrati grana
to liquoris alcalini volatilis vncia vna cum drach-
a vna et quadraginta octo granis: ſalis alcalini vo-
ilis ficci grana ſedecim.

Alcali fixum minerale, perinde ac vegetabile p. 24.
igne in vitrum conuertitur. In aqua diſſolutum,
glaciei admixtum frigus auget. Cum calce viua
ſtum, *ſaponariorum lixiuium* conſtituit, quod ad
citatem vſque euaporatum, atque deinceps in
ulo fuſum lapis cauſticus chirurgorum voca-
. Quem quidem ideo ad aërem liberum diffluc-
arbitratur Cl. Auctor, quoniam, accedente ex cal-
materia ignea, alcali minerale ad vegetabilis
uram accedat; eandemque ob cauſam lixi-
m ſaponariorum ita cauſticum eſſe, vt calcis ad-
miculo, partim quae iam adfuerat ignea materia,
rtim quae ſub vſtione intrat, retineatur et ſali li-
o uniatur. Argumenta, quibus hanc ſuam ſen-

tentiam ornare ſtudet, partim ab expedita et
lapidis cauſtici fuſione, partim inde petita
quod tale alcali cauſticum, tam diu igne exagi
donec abundans phlogiſton, deſtructum fuerit
priſtinam naturam redeat, et purum alcali mi
praebeat, ſiquidem in aqua prius ſolutum fu
Non vero in ſola calce, veru etiam in terra
vitreſcibili, et metallicis cineribus alcali cauſ
producendi potentia eſt, ita vt mediante illa
materia quae ad ſal lixiuum accedit, aliqua h
terrarum copia ab initio cum alcalino ſale mi
tur; deinceps vero, deſtructo phlogiſto, iſta
la abiiciat.

p. 46. *Sal commune*, antequam ſuper igne colliq
excandeſcit; Fuſum vero ſubſtantias ſalinas
grinas ipſi admixtas derelinquit iiſque innatat
vero refrigeratum ſpiculis ſplendeſcentibus
mantis inſtar politis conſpicuum eſt. P
ignis maiorem vehementiam fumi albi
aſſurgit, qui carbonum flammam eximio
coeruleo tingunt. Nunquam vero per
ignem ſal commune in partes ſuas conſti
diſſolui poteſt. Neque hactenus eo perven
cuit, vt acidum ſalis vel ſal ipſum commune
phlogiſto combinaretur, etiamſi non diſſimile
eſt, poſſe eiuſmodi ſulphur aut phosphorum
num vel ab ipſa natura vel arte produci. C
argumenti opportunitate Cl. Auctor ad fulmin
turam quaſi in tranſitu declarandam ducitur;
cum electricitate quidem plurimum conveni
tetur, neutiquam vero igni puro ſimilem eſſe
ſet. Forſitan fulminis materia, ſulphuris di
generibus inter ſe commixtis, efficitur.

p. 72. Sali, ex alcali minerali et aceto vini prod
Noſter *terrae foliatae cryſtalliſatae* nomen tri

notatu dignum est, solutionem crystallorum sodae
aceto vini destillato, colore coeruleo conspicuam
se, quem Cl. Auctor a coeruleo Berolinensi sodae
haerente deriuandum esse opinatur. Vt vero
ystallos euaporando obtineas, cauendum, ne al-
li minerale prorsus acido saturetur, quod tamen
impedit, quo minus post euaporationem sal ma-
ello neutrum relinquatur. Sub destillatione hoc
nihil alcalini volatilis liquoris explodebat, sed
idos saltem et empyreumaticos vapores.

Alcali animale siue *volatile* super igne auolat, p. 75.
nequam ipsa aqua eius crystallis inhaerens, tran-
endat. In aëre satis frigido dissipatur. Idem
cile contingit, si aqua calida soluatur, sub qua so-
tione incredibilis fere aëris copia euoluitur.
um frigida aqua vel glacie alcali volatile insigne
igus producit. Calce viua aut in aëre libero ex-
icta omnis huius salis alcalini densitas atque so-
ditas tollitur, ita vt deliquescat, et ne iteratis qui-
em destillationibus pristinam formam recuperet.
uam cohaerendi impotentiam perinde atque au-
am alcali volatilis acredinem non aliunde repeten-
am esse Cl. Auctor censet, quam ab illa ipsa ignei
incipii admixtione, quae in lixiuio saponariorum
oque deliquescentiae causa est.

Sal ammoniacum secretum GLAVBERI, quod ex p. 82.
idi vitriolici cum alcali volatili coniunctione na-
citur, quadantenus volatile est ita, vt destructio-
is expers in vasis clausis sublimetur. Ad aërem
on, vti sal mirabile, in puluerem defatiscit, sed po-
us aëris humiditate madorem contrahit.

Nitrum flammans aqua facillime dissoluitur,
mque ipsam ob causam aegre sese in crystallos
diri patitur.

Spiritus MINDERERI, quem aptius forsan *sal* p. 89.
moniacum acetosum* diceres, potest omnino, sed

admodum difficulter in cryſtallos coagulari, ſi p
dies fere quatuordecim liquor ille ſalinus in l
ſicco ſpontaneae euaporationi relinquatur.

p. 90. Multa ſalia terrea alcali volatilis ope in p
tes ſuas reſoluuntur, alumen nempe, gypſum,
trum calcareum, ſal ammoniacum fixum et ſal a
toſum calcareum, quorum omnium acidis, priſ
nexu ſublato alcali volatile nunc nubit, et noua
lia media cum iis conſtituit.

GEOFFROY primus fuit, qui de ſalis amm
niaci vulgaris origine et loco natali certi quid
moriae proderet, LEMERI Conſulis Cadomenſis
ris edoctus*). Ibidem ratio et inſtrumenta expon
tur, quorum auxilio in Aegypto ſal iſtud parari
ſuevit. Neutiquam tamen arte in illis locis com
nitur, ſed ſublimatione ſaltim obtinetur. Ne
Auctoris conſilio et indefeſſa opera officina h
ſali elaborando in Gallia dicata fuit.

p. 98. Repetita ſalis ammoniaci ſublimatione, aliq
eius particula deſtruitur, ita vt alcali acidum de
linquat, ſeorſimque auolet. Pro diuerſo ignis adh
biti gradu, ſalis ſublimati figura varia eſt. Qu
ſi enim ignis admodum lenis fuerit, cryſtallor
formae, perinde ac ſi aqua ſal ſolutum fuiſſet, pl
mulas imitantur; ſi paullo fortiorem calorem ad
moueris, ſal in maſſas ex acubus, cinnabaris cryſta
los mentientibus, conformatas, et ſubtus cryſtalli
cubicis (vere ammoniacalibus) obſitas coit; ſi de
nique vehementi igne vtaris, maſſa denſa dura, ſer
tranſparens et in ſuperficie ſarmentorum figur
oſtendens (*garnie d'une ſorte de ramage*) attollitur

p. 100. Salis volatilis alcalini et ſalis marini terrei e
ſale ammoniaco et calcarea terra praeparatio
Quemadmodum, ſi igne torquetur ſal ammoniacum
ob terrae calcareae indolem minime volatilem ſali
acidum

*) v. comm. Acad. Pariſin. de anno 1716.

cidum ab alcali volatili abreptum huic terrae iun-
ctur, ita e contrario, si viam humidam delegeris,
cidum a terra adiecto sale volatili separatur. Aug-
mentum ponderis, quod sali alcalino sub hac ope-
ratione accedit, Noster Auctor ab aqua in terra cal-
rea latente repetit. Spiritus salis ammoniaci p. 107.
er calcem ad aërem liberum extinctam, expul-
so. Sal volatile hac ratione ab acido suo segrega-
tum sub forma liquida semper apparet. Quae re-
manent, eiusdem indolis sunt cum residuo ex subli-
matione alcali volatilis paullo ante proposita; ita
tamen, vt oleum calcis ex residuo destillationis cum
calce viua institutae ortum, per alcali volatile sub
ipsa operatione enatum non destruatur, quod omni-
no in illo oleo calcis ex sublimatione salis volatilis
relicto fieri solet. Neque etiam mixtum vtrum-
que alcali volatilis genus dirimit hanc nostram cal-
cis viuae in salis acido solutionem; perturbat sal-
tem, parumque terrae deiicit. Discrepat vero al- p. 112.
cali volatile calcis viuae adminiculo paratum ab eo,
quod creta expulsit, grauitate specifica; quae in
illo spiritus vini leuitatem propemodum aequat,
in hoc vero aquae pondere maior est. Quatuor
spiritus alcalini vnciae aëris accessui expositae intra
decem horas septem drachmas perdidisse reperie-
bantur. Fluidum inde relictum sapore destitutum
succum violarum vix mutabat, sed grauitatem spe-
cificam aquae obtinuerat.

Sal volatile per calcem viuam ex sale ammo- p. 114.
niaco prolicitum duplici modo ita cogi potest, vt
sub forma solida compareat. Alterum proposuit
DUHAMELIUS, vt nempe spiritum volatilem aliquo-
ties de calce, super qua iam fuerat destillatus, denuo
et iteratis vicibus abstrahi iuberet. Inde calx ipsa
pinguem aut viscidam quasi formam induit, alcali-
no sale in massam solidam coëunte. Aliam sal vo-

latile ſolidum per calcem viuam expellendi ra-
nem Noſter deſcribit. Tres nempe vnciae ca-
viuae cum totidem ſanguinis bubuli bene exſic-
ti vnciis calcinantur, donec materia flagrare deſi-
quae denuo, addito ſanguine exſiccato, igni iter-
committitur, vt intra horae ſpatium excandeſc-
Refrigerato iſto puluere omni calcis virtute mu-
priuato, alcali volatile ſolidum ex ammoniaco ſa-
propellitur, maſſa nigra, ſal commune in ſe con-
nente, in ipſius vaſis fundo relicta.

p. 123. A gypſo vſto ita afficitur ſal ammoniacum, v
aliqua pars ſalis volatilis ſub liquida, alia ſub ſoli
forma adſcendat, reliquum vero ſal ammoniac
abſque mutatione eleuetur. Gypſum crudum e
pioſiorem liquorem, parcius ſal concretum extric
Caput mortuum ab vtroque labore albidum rel
quitur. Alabaſtrum purum nullum alcali vol
tile elicit.

p. 125. *Aquam regis* Cl. Auctor ita parari iubet, vt lib
vna ſpiritus nitri vulgaris quatuor vnciis ſalis am
moniaci affundatur eaque miſcela, donec ſal ſolut
fuerit, continuo agitetur. Tantopere vero ſpiritu
nitri cum ſale ammoniaco efferueſcit, vt rubri e
iam vapores aſſurgant, neque ſi omnia inter ſe mix
ta fuerint, penitus motus internus ceſſet: quapro-
pter etiam parcitati in hac aqua regia paranda ſtu-
dendum eſſe Noſter monet, cum diutius aſſeruata
extrudere epiſtomia vel ipſa adeo vitra diſplodere
ſoleat. Tribuit hoc nitro cuidam flammanti ex
ſalis ammoniaci parte volatili ac nitroſo acido pro-
genito.

p. 129. *Borax* partibus aequalibus alcali mineralis et ſa-
lis ſedatiui conſtat. Hoc ſal poſteriore loco nomina-
tum quorumlibet acidorum ope ex borace ſeparari
poteſt. Boracis vero genus cernitur triplex; pri-
mum crudum ſ. *Tincal*, alterum, *Borax depurata* Chi-
nen-

mensium, tertium denique et optimum, quod denuo inſtituta depuratione obtinetur. Quae vero ſit in India Orientali huius ſalis praeparandi ratio, nondum ſatis conſtat. Alii ex aqua quadam minerali venas cupri praeterfluente extrahi, alii aeruginem et pinguia ei admiſceri, alii denique ex adipe, argilla et fuligine ſibi inuicem ſuperſtratis et terra obrutis poſt aliquot annos boracem progigni voluerunt. Poſtremorum maxime ſententiae Noſter ſuffragatur, fultus tum experimentis a ſe ipſo in hoc genere inſtitutis, tum boracis crudae diſſolutione et depuratione. Reperiit enim eiuſmodi ſolutionem in filtro, per quod colaretur, materiem terreſtrem albicantem ſatis ſubtilem relinquere; illam vero ipſam euaporatione tentatam partim in cryſtallos rudiusculas rubellas coire, partim ſub ſpecie liquoris rubri ſpiſſi adipem rancidum redolentis relinqui. Qui liquor denuo inſpiſſatus et rancorem magis iamiam prodens, ſub deſtillatione aquam oleumque craſſum praebuit, illi, quod ex adipe elici ſolet, ſatis ſimile, reſidua in vaſe deſtillatoria maſſa ſalina, boracem crudam calcinatam aemulante. Inanis vero eſt nonnullorum opinio, adipem ideo boraci adiectum eſſe exiſtimantium, vt ne, aëre accedente, fatiſcat in puluerem.

Terra ex ſolutione boracis crudae in fundum p. 131.
vaſis delapſa, ſalis ſedatiui adeo tenax eſt, vt ne iteratis quidem lotionibus eo prorſus deſtitui poſſit, niſi coctio ſaepius repetita acceſſerit. Acida quaevis illam coniunctionem ſoluunt, ſale ſedatiuo inde ſeparato. Sal ſodae adiectum ex illa boracis terra cum aqua cocta boracem reſtituit. Quae inde relinquitur terra, ita iam omni ſale ſedatiuo ſpoliata atque nuda quaſi deprehenditur, vt fruſtra ex illa quicquam ſalini elicere tentaueris. Ex his omnibus conſtat, boracem crudam plus acidi ſedatiui continere

tinere, quam depuratam, cui sal sodae demum addi-
tum fuisse videtur. Nimia tamen huius salis copia
crystallorum formationi aduersatur. Apparet ve-
ro ex salibus, quae acida cum hac terra progignunt,
eam esse ad aluminosam (Cl. Auctor dicit vitrescibi-
lem) referendam.

p. 138. Sed boracem vere ex argilla et pinguibus com-
poni, vti analysis eius probat, ita experientia Cl.
Auctoris demonstrat, qui cum adipem cum argilla
subactam per menses duodeuiginti in loco humido
cum aqua macerandum sepositisset, illo tempore
praeterlapso sese aquae feruentis adminiculo sal se-
datiuum extraxisse commemorat. Caeterum non
sola pinguedo animalis, verum etiam olea vegeta-
bilia ad boracem effingendam idonea sunt, ita vt ex
vtrisque acidum sedatiuum ea, qua descripsimus,
via, possit elici. Possent forsitan huic sali parando
officinae apud nostrates exstrui, siquidem quaestio-
num huic capiti a Cl. Auctore adiectarum ratio
haberetur. Esset nempe ante omnia experiendum,
quae terra, quodnam pinguedinis genus huic fini
esset accommodatius; num sub tectis, an sub dio
fossae moliendae essent huic operi; num mas-
sam interdum vertere et effodiendo agitare con-
veniret?

p. 142. Borax igne tractata calcinatur, pondere tertia
fere parte diminuto, tandemque in vitrum seu po-
tius massam vitriformem aqua solubilem mutatur.
Si carbo inter vitionem inciderit, rubro colore bo-
rax tingitur. Teste Cl. BARON sal ammoniacum
a borace destruitur.

Boracis dissolutio aquosa itaab affuso acido vi-
triolico afficitur, vt, postmodum euaporata, sal seda-
tiuum compareat tandemque sal GLAVBERI. Idem
praestat acidum nitrosum, salinum et acetosum, ita
tamen vt mox nitrum cubicum, mox sal commune,

mox

mox terra foliata cryſtalliſata praeter boracem remaneat. Idem contingit, ſi acido cuicunque diluto borax diſſoluenda traditur. Semper autem abundante acido opus eſt; alias enim ſalium inde emergentium cryſtalli a ſe inuicem non diſcretae, ſed mixtae ſunt atque de genere vtroque participant. Quamprimum vero a ſe inuicem ſalia media et ſal ſedatiuum fuere ſegregata, ſolutiones illorum denuo confuſae neutiquam ita miſcentur, vt cryſtalli oriantur ancipites, dummodo ab addendo ſale lixiuo temperaueris. Huic experimentorum enarrationi adiicitur a Cl. Auctore computus omnium eorum, quae ad boracem in partes ſuas diſſoluendam requiruntur; quo patet ſal ſedatiuum non acidi vitriolici vel alius cuiuſcunque eſſe progeniem, ſed vere in borace ipſa contineri.

Ex Noſtri ſententia ſal ſedatiuum acido vi- p. 157.
triolico acido adipoſo et terra argillacea puriſſima conſtat. Acidi vices in borace gerit, quae tamen illius abundantiam non patitur ita, vt cryſtalli naſci queant. Effloreſcit adeo per complurium menſium moram ex eiusmodi maſſa acidum nimium continente, ſal ſedatiuum, relicta borace, qualis antea fuerat. Sal iſtud ignis patientiſſimum eſt, nec abſque affuſa aqua in altum extollitur. HOMBERGIVS caput mortuum vitrioli martis addere ſolebat, vtpote borace ipſa ad hanc operationem vſus. Atque poteſt omnino acidum colcothari illi adhuc inhaerens, ſal ſedatiuum prolicere, licet alia ſalia vitriolica metallica atque terrea aegre admodum id faciant.

Cum dubium eſſet, an ſal ſedatiuum omne ſublimatione poſſet in altum extolli, Cl. Auctor, vt hac de re certior fieret, vſus eſt ad hanc operationem cucurbitis argenteis, quippe quae in ipſo igne aquae frigidae affuſionem facile ferrent; ita ſenis et ſexagenis

genis vicibus repetita ſublimatione ex vnciis ſalis ſedatiui ſex, praeter ſeptemdecim aquae drachmas, ſalis ſicci vnam vnciam cum drachmis tribus aſcendere expertus eſt. Relictae denique fuerunt in cucurbita drachmae quinque ſubſtantiae ſalinae nigrae vitriformis, quae a ſale ſedatiuo parum differret, nec tamen aliquid ſublimatione amplius extorqueri pateretur. Illud vero ſal ſedatiuum, quod cum aqua adſcenderat, denuo inſtituta ſublimatione duas vncias cum granis triginta ſex ſalis praebuit, relictis quadraginta octo granis materiei terreae inſipidae, quae partim alicui ſalis ſedatiui deſtructioni, partim aquae ipſi ad ſublimationem adhibitae tribuenda eſſe videbatur.

p. 166. Sal ſedatiuum igne, quo fundatur, paullulum vehementiore opus habet, quam ipſa borax. Eſt vero illius vitrum ſpiſſius; vnde colligit Cl. Auctor,

p. 169. ſali ſedatiuo plus terrae ineſſe, quam boraci. Sal ſedatiuum etſi ad dirimendam ſalium vitriolicorum mixtionem nihil valeat, ex nitro tamen et ſale marino acidum expellit; ſuperſtite ex vtroque labore ſubſtantia ſalina, ex qua poſt lotionem praeuiam borax emergit vegetabilis aut vulgaris.

p. 171. Abſoluta boracis et ſalis ſedatiui contemplatione, Cl. Auctor ad cryſtalliſationem ſalium deuenit. Omnis vero cryſtallorum efformatio duplici via peragitur, altera ſicca, altera humida. Formae cryſtallorum forſitan partium conſtituentium rationem ſequuntur, quae ſeſe inuicem attrahunt atque repellunt. Scilicet eorum partibus Noſter fauet, qui cum NEWTONO praeter attractionis vim, repellendi quoque facultatem per vniuerſam naturam dominari arbitrantur.

p. 178. Cryſtalli, quae ex humidis diſſolutionibus emergunt, mox euaporatione, mox refrigerio obtinentur.

ntur. Vtroque modo ſalis cum aqua coniunctio
parte dirimitur; atque ſecedentibus partibus ſa-
nis et in cryſtallos coëuntibus, relinquitur vt
urimum liquor, ex quo cryſtalli nullae poſſunt am-
ius effingi. Terrea tamen ſalia integra cryſtal-
antur. Notandum vero eſt, plerorumque ſa-
um faciliorem vberioremque diſſolutionem aqua
uida fieri. Atque inprimis omne ſalium genus,
i vel aquoſi principii vel *aquae* ſic dictae *cryſtal-*
ſationis larga copia contigit, feruida aqua facilius
iſſoluitur, adeoque etiam per refrigerium in cry-
allos congelatur. Ad ea vero ſalia diſſoluenda,
uibus neutrum aquae genus magna copia adhae-
et, nihil intereſt, feruida an frigida aqua vtaris;
aque omnia non refrigerio, ſed euaporatione for-
as cryſtallorum induunt. Vtraque vero ſalia in-
a aquam ipſam ita coëunt in cryſtallos, vt pri-
um aliqua particula ex ſolutione decedat, cui dein-
eps ſenſim ſenſimque plures moleculae grandio-
em cryſtallum, ſi collectae fuerint, efformaturae,
elut per ſtrata apponuntur. Aquam ſi ſpectes in-
a cryſtallos collectam, eius triplex genus eſſe in-
eaies. Eſt ſcilicet, quae ad naturam ſalis perti-
et, aqua, (*eau principe du ſel*) ita cum eodem con-
uncta, vt abſque ipſius ſalis plenaria deſtructione
uferri nullo modo queat. Alterum genus cry-
allis ſalium adhaeret, ideoque, cum et forma et
ellucidtas ipſi debeatur, *aqua cryſtalliſationis* dici
onſueuit. Salia, quae multa eiuſmodi aqua inſtru-
ta ſunt, difficulter plerumque ea penitus orban-
ur; quibus vero parcior inhaeret, ea facilius de-
atiſcunt; indole tamen plane non mutata. Tertium
quae genus *a diſſolutione* Cl. Auctori dicitur, id-
o, quod eius ope tum ſal ipſum diſſoluatur, tum
eregrina admixta eluantur. Quaedam huius aquae
ortio intra lamellas cryſtallorum deliteſcit, atque
exſicca-

exſiccatione demum earumdem abſumitur. H
ſaepenumero ex diſſolutione ſalina, quae manif
vel in acidam vel in alcalinam indolem vergit,
perfecte neutrum deponi obſeruamus. Quin
eo crebro, vt cryſtalli naſcantur grandiuſcu
abundante vel acido vel alcali opus eſt; neque
men abundans illud cryſtallos ipſas ingreditur,
ROVELLIVS exiſtimauit, tartarum vitriolatum
do poſſe ita ſaturari ſeu potius obrui ratus, v
inde enixum acido abundet. Cuius opinionem
refellat Cl. Auctor, cryſtallos iſtas, in quibus acid
dominatur, omni illo abundante facillimo negu
exui poſſe monet, dummodo chartae bibulae
ponantur. Idem experimentis aliis cum nit
et ſalino acido inſtitutis, conſtitit. Omnis i
ROVELLII error in eo haerere videtur, quod a
diſſolutionis, in cryſtallorum interſtitiis adhuc
tentem pro abundante acido habuerat, quod ad
turam ſalis ipſius pertineret. Simul vero app
ſedulo diſtinguendum eſſe inter aquam cryſtal
tionis et diſſolutionis.

p. 206. Singulare atque mirandum fere attractionis
repulſionis virium, cryſtalliſationem moderant
argumentum in eo cernitur, quod ex ſalinis ſo
tionibus ſal coagulari ſoleat in eo inprimis vasis
riete, qui aliud vas eodem ſalis genere implet
attingit. Id in ſalis mirabilis GLAVBERI ſolutio
fieri Cl. Auctor expertus eſt, quod nempe ei v
parieti ſeſe apponeret, qui iuxta vas aliud ſale m
bili plenum collocatus eſſet. Quod ſi contra h
diſſolutioni appropinquaretur lagena ſale tan
plena, in oppoſito latere cryſtalli emerſerunt

p. 207. Cryſtallorum formationi motus vehemen
aduerſatur; modicus eandem iuuat, ita, vt ſaepe
mero a motu cryſtalli ſubito compareant. C
rum eo ipſo momento, quo ſalia coagulantur, c
oritur

ritur simili ratione, qua aquam, dum congelatur, florem producere Cl. Auctoris tentaminibus constitit. Forsitan aqua salium, tum illa, quae principii munere fungitur (*eau principe*) tum quae crystallos constituit, in illis ipsis congelata est.

Muriae salium (*eaux-meres*) dicuntur liquores p. 214.
uniuscuiusque salis crystallisatione relicti, nullaque crystallos amplius praebentes. Perperam vulgo dicuntur muriae nitri et salis marini, quae peregrinis salibus e. g. sali marino calcareo et sale GLAUBERI inquinatae sunt. Nomen istud proprie solis tantum liquoribus conuenit, qui ex dissolutione salis cuiusdam purissimi etiam relinquuntur, postquam crystalli, quotquot formari poterant, inde emerserunt. Salia mineralia atque metallica parcam, terrea fere nullam, vegetabilia copiosam muriam relinquunt.

Salium omnium, dum dissoluuntur et depu- p. 216.
rantur, aliqua pars destruitur. Hinc accidit, vt inflammabilis materia expediatur, atque ipso humoris recessu in arctius spatium sensim sensimque cogatur; adeoque, quod remanet, fluidam formam asseruet *). Hinc salia vegetabilia, vtpote copiosissimo phlogisto instructa, plurimum muriae relinquunt. Salium porro mineralium solutiones adsperso vini spiritu copiosiorem et acriorem muriam praebent. Destructo vero et abacto phlogisto abundante, muriae in crystallos cogi possunt. Nimirum pro diuersa salium, quas continent, indole vel, exsiccandae vel adeo vrendae sunt. Sal ab hac operatione residuum atque denuo solutum, in crystallos formatum est egregie, secedente semper terra copiosa. Nonnulla muriae genera e. g. salis SEIGNETTE, tartari tartarisati etc. post aliquod tempus sponte crystallorum formas induunt.

*) v. supra p. 562.

p. 220. Salium contemplatione ad finem perdu
ad metalla Cl. Auctor accedit. Indolem et fac
tates, his omnibus communes, breuiter expo
atque ſic praeparatis Lectoribus ſpecialem me
lorum tractationem ab arſenico orditur.

p. 227. *Arſenicum* de ſalium et metallorum natu
participat. Album nempe, quae calx eſt arſeni
ſexaginta quatuor aquae partibus ſolui poteſt, a
que cum oleis iungi aſpernatur. Cum phlogi
mixta atque ſublimatorio igne tractata, calx i
in metalli ſpeciem tranſit. Idem fuſione cum
pone nigro et ſale lixiuo obtineri poteſt. Re
lus iſte metallicus ipſo arſenico albo volatilior
prius nimirum aufugiens, quam calx phlogi
non vnita auolet; cumque arſenicum albu
aquam puram pondere quinquies ſuperet, re
lus octuplo ponderoſior eſt. Acido vitrioli
perinde ac ipſa calx arſenici ſoluitur; vitriol
inde enaſcens excandeſcit ſuper igne, antequa
aufugiat. Acidum nitri facile ſoluit, neutiqu
vero acidum ſalis communis regulo affuſum, qu
ne nitroſam quidem ſolutionem turbat. Alc
fixum ex ſolutione nitroſa puluerem album in a
do nitroſo et liquore alcalino ſolubilem praec
pitat.

p. 239. Lixiuium alcalinum tantam arſenici albi c
piam diſſoluere poteſt, vt inde naſcatur maſſa fr
gilis, fuſca, ad aërem deliqueſcens, quam *hepa*
Arſenici MACQVERVS dixit. Aqua ſoluitur, no
penitus tamen; remanente quippe materia flo
culenta prorſus non ſolubili et ne ſumma quide
ignis vehementia mutabili. Quod cum alcali m
nerali paratur hepar arſenici, in cryſtallos red
ſe patitur.

p. 242. Arſenicum per detonationem non aequ
nitri portione, ſi aëris acceſſum non prohibuer
maſſam

maſſam praebet vitriformem, atque in aprico deliqueſcentem. Quod ſi vero, vaſis clauſis, ad hunc laborem vtaris, *ſal* relinquitur *neutrum arſenicale* candidum, conſtanter ſiccum, inque cryſtallos quadrangulares priſmaticas, vtroque apice faſtigiatas, coaleſcens. Acidum nitroſum aufugit, atque, cum aqua recipulo infundi ſoleat, coeruleo colore tingitur. Cryſtallorum forma admodum inconſtans eſt, cum eae, quae prima vice naſcuntur, ſupra dicto modo configuratae ſint; reliquae mox parallelepipeda, mox acus, mox quadrangula aut triangula referant. Sal iſtud absque deſtructione fundi poteſt, nec facile deſtruitur, niſi phlogiſton addideris, quo arſenicum ſtatim abigitur. Si loco nitri communis, cubicum adhibeas, ſal *neutrum arſenicale minerale* naſcitur, quod mox opacum redditur, humores ex aëre attrahit, atque aqua ſolutum vehementer incaleſcit. Sal ammoniacum ab arſenico plane non mutatur. At nitrum flammans deſtruitur, acido aufugiente, alcalino vero parte arſenico nubente. Sal iſtud neutrum arſenico ammoniacale cryſtallis aciculatis planis, ſeſe mutuo decuſſantibus, efflorescit. Non quidem ab acidis mineralibus, ſed omnino ab igne dirimi poteſt haec arſenici et ſalis lixiui volatilis miſcela.

Regulus Cobalti grauitate ſpecifica admodum variabilis eſt, quod bismutho, plerumque ei inhaerenti, tribuendum eſt. Vt plurimum tamen octies aquae pondus ſuperat. Vehementi demum igne funditur, et, ſi in loco aperto committatur prunis, maximam partem in auras abigitur. In vaſis clauſis auolare recuſat. Si ſpathula hoc metallum, dum vritur, agites, in calcem ignis violentia conuertitur. p. 256.

p. 259. Cl. Auctor hac opportunitate ductus, de metallorum calcinatione quaedam vniuerſalia propoſ. Absque aëris vero accęſſu metalla in calcem re gi prorſus nequeunt. Atque facili patet negoti cur D'ARCETVS metalla, globis ex maſſa porcella nea factis incluſa, in calces mutata eſſe compe rerit, dummodo hoc argillae genus aquam et ac dum vitriolicum continere plurimum, quae facil poſſint quandam aëris ſpeciem in cauo globo cum metallum intus latens producere, adeoque hum combuſtionem adiuuare. Si enim omnis aër re motus fuit, integra metalla manent. Quo forti re autem igne in aëre libero vruntur, eo diffi lius calces illorum fundi ſeſe patiuntur, eo furore ſunt atque minus colore tinctae.

p. 269. Cobaltum raro ab omnium aliorum metallorum admixtione liberum eſt. Frequentiſſime autem bismutho inquinatum reperitur, quod per fuſione quidem ſeparatur, licet acida mineralia ab abripiant. Difficulter vero, nec niſi coctio actadat, in vitrioli acido concentrato cobaltum ſoluitur. Quae ſolutio, mox roſeo, mox viridi colore tincta poſt euaporationem, duo ſalia praebet illorum viride, alterum albeſcens, cubicum; illud cobalto, hoc bismutho debetur. Ex ſolutione nitroſa cobalti pariter operoſa per refrigerium enaſcuntur cryſtalli rubrae, priſmaticae concretae, deliqueſcentes. Si multa aqua hanc diſſolutionem nitroſam diluas, bismuthum, quod forte adhaeret cobalto, deiicitur. Etiam in ſalis acidi concentrato ſoluitur cobalti regulus, omnium optime vero aqua regis, cuius ſolutionis, quod notum eſt, ea indoles eſt, vt litterae ea ſcriptae in charta, primum quidem non appareant, calore vero accedente viriditate ſeſe manifeſtent. HELLOT huius inuenti gloria debetur. Singulare vero hoc eſt,

ſſt, ſolutionem nitroſam et vitriolicam hac virtu-
e non pollere, quae contra ſoli tributa eſt ſolu-
ioni ſalinae; qua ſcriptae litterae colore viridio-
e, dum calefiunt, ſplendere ſolent.

Sal lixiuum ex acido vitriolico, quo cobaltum p. 283.
uerat ſolutum, puluerem album, ex nitroſo au-
em et ſalino rubellum aut purpuraſcentem deii-
it. Alcali volatile autem ex vitriolica et ſalina
ſolutione flauicantem, ex nitroſa, coeruleſcentem
alcem praecipitat. Si plus fuerit additum ſalis
volatilis, diſſoluitur rurſus, quod ſubſederat, li-
quore in coeruleum mox in purpureum eundem-
que conſtantem colorem vergente. Ab alcali
abundante deturbatur rurſus puluis ferrugineus.
Omnes iſtae calces pondus metalli, ex quo orti
ſunt, excedunt, quod commune eſt calci cobalti
cum reliquorum metallorum praecipitatis. Atque
iſtud ponderis augmentum Cl. Auctor particulis
phlogiſticis tribuendum eſſe cenſet, quae nempe
ex menſtruis ſalinis ad calces metallorum accedere
ſoleant.

Salis lixiui, gypſi calcinati, picis, minerae p. 288.
cobalti partes aequales commixtae atque in cruci-
bulo fuſae, in duplicem miſcelae ſpeciem coie-
runt. Altera nempe, cui ſulphuris hepar inerat,
colore ſubobſcuro et fragmentorum forma bismu-
thum imitabatur: alteram, argenteo colore, ſatis
denſam, quae in crucibuli fundum ſubſederat, No-
ſter Niccolum fuiſſe ſuſpicatur. Soluebatur au-
tem citius hic regulus acido nitroſo, quam cobal-
tum. Quae ſolutio, per aquae affuſionem omni
adhaerente bismutho orbata, ab adſperſo liquore
alcalino volatili caeruleſcere viſa eſt, decidente
ſimul puluere ex albo viridi. Potuit is denuo
ſolui acido nitroſo atque flauo colore indutus ex
eodem praecipitari affuſo, lixiuio ſanguinis. Super

igne autem ruber euaſit. Culter immerſus ſo
tione cuprea cruſta obductus fuit. Caeterum
que in vitri coerulei ſpeciem regulus ille
neque eius ſolutio acido ſalino mixta *atramen*
ſympatheticum praebuit. Ex quibus omnibus co
ſtare Noſtro videtur hunc regulum ex ſulphu
arſenico, bismutho et cupro conflatum eſſe.

p. 290. Citius fundebatur cobaltum cum gypſi c
cinati, picis, minerae cobalti vſtae, ſingulor
vnciis quatuor, quando ſex vnciae ſalis lixiui fuer
admixtae. Inde omne metallum ſulphuris he
ſeſe iunxit, regulumque lamellatum aureo ſplend
re coruſcum, micaceum, ſcoriis innatantem pr
buit, qui ex aëre attracto humore deliquium p
ſus eſt, ſolutio eiusdem aquoſa viridis erat fru
lis micantibus plena. Absque acidorum au
cobaltum ſulphure hic obnuptum extrahi neq
Scoriae, ab hac fuſione cobalti cum hepate ſulp
ris reſiduae, poſtquam aqua ſolutae fuerant, in
vnius anni ſpatium cryſtallos formarunt quadr
gulas planas, in marginibus ſingulis acuminatas i
vt apex alterius lateris in ſuperiore, alter alter
in interiore ſuperficie eſſet. Sal iſtud pellucid
perfecte neutrum ſuper igne crepare atque, po
quam excanduit, fundi ſolet, nullis tamen exha
tis vaporibus. Cum carbonum puluere mixt
in hepar ſulphuris abit. Ex aqua, quae ſuper he
ſale ſteterat, adſperſum acidum quodcunque, p
verem rubellum ex ſulphure et cobalto conſta
tem, detruſit. Quo ſeparato, humor adhuc ſup
ſtes euaporatione abſumptus, ſal elaſticum gr
nulatum, micae panis ſimile, reliquit.

p. 292. Reguli cobalti, ea, quam modo enarrauim
ratione praeparati, longe citius funduntur reg
puro; quo magis vero ſulphure deſtituuntur,
difficilius fluunt. Quantumuis autem ita vſt
eiusmo

iusmodi regulum, vt nunc purum aemuletur, de-
iteſcit tamen ſemper magna ſatis ſulphuris por-
io, totius ponderis fere vnam ſextam partem ae-
quans. In calcem adeo redigi, quam omni ſul-
phure exui, mauult ille regulus. Dum acidis ſol-
uitur, ſulphur decidit. Solutio, bismutho et ar-
ſenico aquae affuſae ope exuta, ab alcali fixo tur-
batur, delabente ſcilicet puluere rubro, qui cum
fluxu extemporali ſuper igne funditur quidem, ſed
metallicam formam aſſumere reſpuit. Absque
fluxu in vitrum intenſe coeruleum conuertitur.
Cum alcali fixo cobaltum ſulphuratum in maſſam
micaceam abit, quae aëri expoſita diffluit. A ni-
tro deſtruitur, magna parte reguli in calcem
mutata. Exiguus, qui elicitur regulus metallicus,
a ſulphure nondum eſt immunis. Tandem ne
ipſum quidem arſenicum omne ſulphur ex cobalto
ſulphurato ſecum abripit.

Metallum *Niccoli* nomine a mineralogis p. 300.
inſignitum, ex omnibus fere cobalti mineris poteſt
hepatis ſulphurei ope fuſione elici. Cl. Auctori
miſcelae quoddam genus eſſe videtur ex metallis
variis conflatum; eamque ſententiam ipſis ſignis
confirmari exiſtimat, quibus Cl. CRONSTEDTIVS a
reliquis metallis niccolum diſcerni voluit. Fer-
ro, cobalto, ſulphure et arſenico plerumque ipſi
admixtis crebrius iterata calcinatione et fuſione
orbari poteſt. Regulus niccoli excandefactus
igne, liqueſcit atque funditur, auolat ex parte ſub
ſpecie fumi albicantis. Reliqua pars in calcem
nigram continuo igne conuertitur. Acido nitro-
ſo, ſalino, et aqua regis diſſolui ſe patitur. Viri-
dem colorem affectant hae ſolutiones nigrumque
puluerem demittunt. Alcali volatile easdem coe-
ruleo colore tingit, quemadmodum etiam, qui ſa-
lis lixiui ope deturbatus fuit, puluerem viridiuſcu-

lum ſoluit. Sulphuris ſatis auidus eſt nicoli gulus, cumque illo commixtus durior flui que euadit. Igni tunc expoſitus, ſcintillas git fulgidas. Nec non hepati ſulphuris mi poteſt, producta inde maſſa metallica ex viridi veſcente, cupri mineram referente.

p. 305. *Regulus antimonii* vehementiore igne defactus, in vaſis clauſis auolat. Vbi vero aëri ceſſus patet, in flores niueos, aciculatos, mi conuertitur; quos ita parari commodiſſime ſuadet, vt crucibulum, quo continetur metall inclinato ſitu ſuper igne collocetur atque furnum parumper emineat, impoſito alio cruci lo ſubinde mutando, quod flores in ſe rec Granum dimidium florum aquae vnciis octo vitur.

p. 309. Quod ſi autem, lento igne aëre non excl regulus antimonii vritur, griſea calx inde tur, ipſo regulo volatilior, facilius in flores vertenda atque eadem, qua flores, aquae copia lubilis.

p. 312. Acidis difficulter ſoluitur regulus antimo omnium optime tamen aqua regis ex acidi ſi ſingula nitroſi quatuor partibus, ita vt metall minutim conciſum ſenſim ſenſimque iniiciatur.

p. 320. Non eodem ſemper ignis gradu calx an monii in vitrum conuertitur. Quando vero diffic ter fluit, Cl. Auctor fuſionem antimonii crudi exigua adiuuari poſſe expertus eſt, atque praeter vitrum aliquot grana reguli in fundo reperiri.

p. 325. Duplex eſt *kermes minerale* praeparandi Atque illud quidem quod fuſione paratur, tione pauci ſulphuris inter fundendum opus bet, quo ſulphuris particula ab ignis ardore diſſ ri ſolita compenſetur, et hepar ſulphuris, quo

ilfica pars omnis ſolui debet, ſufficiat. *Sulphur timonii auratum*, ſi a diuerſo praeparandi modo ceſſeris, cum kermes minerali prorſus conuenit, detur autem in vtroque praeparato regulina rs ſulphuri multo laxius adhaerere, quam in anmonio crudo, cum illa emetica virtute polleant, a deſtitutum hoc eſt. Alteram kermes minera- ſpeciem notiſſimam illam coctione oum alcalino quore paranda, LEMERIO Cl. Auctor vendicat, cui uentionis gloriam Carthuſiani praeripuerant, armacopolae cuidam GLAVBERI diſcipulo illam ibuentes. Alcali cum antimonio crudo coctum, uſticam indolem acquirit, neutiquam vero ſi cum gulo coquatur. Ipſum lixiuium ſaponariorum am antimonio coctum, affuſo acido ſulphur anmoniatum praebet, quod tamen a praecedente rne calcareae praeſentia differt. Nec non ex coriis, quae ſub reguli antimonialis ex antimonio rudo praeparatione oriuntur, kermes minerale e ſulphur antimonii auratum elici poteſt. Vtrumue vero, ſi vritur, calcem antimonii praebet, ex ui deinceps, addito phlogiſto, regulus antimonii eſtitui poteſt.

Regulum ex antimonio diaphoretico reſti- p. 348.
uere difficillimus labor eſt. Quem cum aliquan- o GEOFFRAEVS ſuſciperet, calcem illam vehementi igne cum ſapone nigro vrens, aperto poſt quinque horas crucibulo, iamiam refrigerato, vilit materiam cum ſtrepitu ac odore ſulphureo amma conſumi. Aqua ſolui poſſe antimonium iaphoreticum, ROVELLIVS auctor eſt. Ex cunis antimonii praeparatis fieri poteſt, dummodo hlogiſton omne abigere memineris.

Sal ammoniacum aqua ſolutum cumque an- p. 352.
imonio per aliquod tempus digeſtum aliquam

metalli portiunculam ſoluit. Sal inde prod
coloris eſt ex coeruleo albidi.

p. 355. Zincum inter omnia metalla ten
mum eſt; hinc cum in mortario vix con
poſſit, ſatius eſt illud igne liquatum aquae in
atque ſic in granula redigi. Lento igne in
ſeam calcem mutatur, quae, addito phlogiſto,
mam metallicam facile recuperat: vehemen
autem igne inflammatur et in calcem niuea
ficillime reducendam conuertitur. Calx ill
rum zinci nomine vulgo cognita, ipſo zinco
derosior eſt, ita vt ſedecim metalli vncias,
quam in flores conuerſae fuiſſent, ſex drac
et quinquaginta quatuor granis auctas fuiſſe
ſter repererit. Ipſi autem flores flammae tan
impetu fugantur, per ſe enim igni expoſitae in
ras abripi nequeunt. Neque vehementiſſ
igne funduntur, metallum vero ex iis, addito p
giſto, non, niſi in vaſis accurate clauſis, poteſt
ſtitui.

p. 359. Omnia acida mineralia Zincum facile ſolu
HELLOTO auctore omnium plurimum ſoluit
tum deſtillatum. Atque ex hac ſolutione,
deſtillatur, liquor aethereus inflammabilis,
ceps flores albi pariter flamma coerulea fla
tes, tandemque oleum flauo aut viridi colore
ctum aſſurgit. Idem contingit cum florum
ſolutione. MALOVINVS zincum ab alcalinis
bus tam volatilibus, quam fixis ſolui conte
Neque cum ſulphure neque cum ſulphuris h
te miſceri poteſt: fuſum cum alterutro, a par
lis peregrinis metallicis liberatur. Cum nitro
tonat flamma fulgidiſſima; reſiduum alcali
ſolutum Gallis dicitur *alkaheſt de Reſpour*.

p. 367. Cum arſenico zincum via humida mi
nequit. An fuſione poſſint iungi dubium

Certe MALOVINI experimenta nihil aliud
icere videntur, quam hoc; paruam arſenici co-
m zinco tenacitatem ſuam et ſplendorem de-
re. Cum regulo antimonii combinari poteſt,
vero cum regulo niccoli et antimonio crudo.

Bismuthum in vaſis clauſis ignitum adſcendit p. 372.
grum. Ponderis augmentum, quod calci ac-
lit, in ratione eſt $20\frac{34}{60}$: 19. Vehementiore
vſtum flammula coerulea flagrat hoc me-
lum, ſurgente fumo craſſo luteo. Sic ma-
na eiusdem portio in flores abſumitur luteos.
vniuerſum autem calx biſmuthi omnis ab igne ſe
gari haud patitur; in vitrum potius pellucidum
que flauum abiens.

Hydrargyrum per ſe calcinatum (*Mercurius* p. 390.
ecipitatus per ſe) vna decima parte metalli pon-
us ſuperat. In vaſis clauſis ſub cryſtallorum ru-
rarum ſpecie rubinorum inſtar adſcendit, nec
usque phlogiſti additione in metallicam formam
edit.

Mercurius a calore ita extenditur, vt vehe- p. 393.
enti ardore vſtus, vaſa ferrea, quibus incluſus
ſet, magno cum fragore rupiſſe viſus fuerit.

Mercurii in acido nitroſo ſoluti color ab p. 403.
itio coeruleus eſt, donec acidum prorſus metallo
turatum eſt. Inde per refrigerium cryſtalli aci-
latae enaſcuntur, quae, in ipſo balneo arenae
frigerato liquore, ad perpendiculum poſitae
nt, contra vero, ſi ab igne ille ſublatus fuit, pro-
ratae iacent. Relinquitur muria coloris vinoſi,
qua aqua deſtillata affuſa puluis mercurialis fla-
us, turpetho ſimilis ſubſidet. Poteſt autem cor-
oſiua nitri mercurialis indoles mitigari partim
us in charta bibula exſiccatione, partim ſolutioni-
us in aqua ſaepius repetitis. Ex his per euapo-
tionem progignitur ſal cryſtallorum cubicarum
ſpecie,

ſpecie, aqua parum ſolubile; eademque ſi di
fuerit, puluerem flauum demittens. Alcali f
lateritium, vitriolica ſalia, flauum puluer
nitroſa mercurii ſolutione deiiciunt. *Merc*
praecipitatus ruber ab igne ſubitaneo deſtruitur
vt ſecedat acidum vaporum rutilantium ſpeci
aliqua metalli portio reſuſcitetur; lente ver
miniſtrato igne acidum fugatur quidem, merc
vero non reſtitutus intra vnius fere menſ
tium in calcem rubram conuertitur, quas e
ab igne deſtillatorio attolli ſe patitur, merc
que per ſe praecipitato omnino ſimilis eſt.

p. 410. Mercurius, Auctore HOMBERGIO, acido
per ſe ſolui poteſt, dummodo per ſat longum
pus cum eo digeſtus fuerit. *Mercurius praec*
tus albus. *Mercurius ſublimatus corroſiuus*.
drachmae duae cum granis duodecim calore
dico vnciis aquae purae quatuor ſolui poſ
Cum balneis optimo cum fructu Noſter illo vſ
in morbis venereis. Triginta fere balnea
ſanationem viſa fuerunt ſufficere. Nunqu
ſaliuae fluxum inde oriri expertus eſt, verg
potius medicamenti virtute ad aluum et vehe
Gingiuae tamen intumeſcunt, percepto ſimul
tallico ſapore.

p. 420. *Mercurius dulcis*. Crebrius repetita h
ſalis ſublimatio plus nocet, quam prodeſt. Q
enim vice aliqua mercurii particula euoluta a
tur; quo fit, vt mercurius dulcis, acido ſalis
non prorſus per metallum ſaturato, plus mi
de mercurii corroſiui indole participet. In p
ſublimatorum mercurii dulcis ſuperficie pulu
mercurio corroſiuo et dulci mixtus reperitur.
ſunt vero vterque a ſe inuicem ſeparari affu
qua corroſiuus ſoluitur, dulci integro relicto.
dum ſalis cum mercurio nullo modo ita iung

vt ſal inde oriatur, quod plus mercurii, quam
limatus corroſiuus et minorem metalli copiam,
m ſublimatus dulcis contineat. Semper enim
mque ſal ſeparatim ſublimatur. Hinc etiam
non poteſt, vt aequales mercurii ſublimati
roſiui et dulcis portiones per ſublimationem
ſe in vnum ſal coëant. Optime itaque mer-
dulcis innocentiae conſulitur, ſi loco repeti-
m ſublimationum, ille aqua feruida, cui pau-
m ſalis ammoniaci admiſtum fuit, lotus ſuper
phyrio denuo trituratur. Parum enim in ſol-
do mercurio dulci poteſt ſal ammoniacum.

Per alcali tum fixum, tum volatile mercurius p. 432.
limatus corroſiuus deſtruitur. Idem ſulphuris
te adiecto contingit, acido ſalis alcali fixum
hure autem mercurium aggrediente. Aci-
nitroſum, dum feruet, mercurium corroſi-
ſoluit; cryſtalli vero ex hac ſolutione per
rigerium enaſcentes non aliae ſunt, quam
mercurii corroſiui. Cum ſale ammoniaco
m arcte iungitur, vt neque cryſtalliſatione, ne-
ſublimatione a ſe inuicem poſſint ſeparari.
nuatur autem mercurii ſublimati in aqua ſolu-
addito ſale ammoniaco; ita, vt tres aquae vn-
, nouem drachmis ſalis ammoniaci foetae,
inque mercurii vncias in ſe recipere poſſint.
yrum antimonii, interdum parallelepipedorum
mam affectat; dum ſcilicet refrigerio inſpiſſa-
ſuit. Acidum nitroſum ei affuſum reguli
imonii in aqua regis diſſolutionem ſiſtit; quae
en intra paucos dies albeſcit, calce antimonii
llatim ſedente. Caeterum decima fere acido-
pars vaporibus abſumitur, dum illa inter ſe
entur, aſſurgentibus. Mercurius ſublimatus
roſiuus cum biſmutho deſtillatus ſpeciem
ndam *butyri Biſmuthi* praebet.

HOM-

p. 451. HOMBERGII experimentis conſtitit, m
rium aqua regis ſolui poſſe; praecipitari de
puluerem album, qui tandem rurſus ſoluatur.
vero aqua regis non qua talis hic agere vi
Ab initio nempe mercurius acido nitroſo ſolu
deinceps vero cum acido ſalis combinatus e
lutione delabitur; tandemque ab aqua, quae n
ſtruo admixta eſt, iterum ſuſcipitur. Argut
cryſtallorum ex euaporata ſolutione prodeun
indoles; in quibus quippe ne minimum qui
acidi nitroſi veſtigium apparet.

p. 452. Acetum deſtillatum non quidem hydr
rum ipſum, ſed tamen calcem illius ſoluit.
hac ſolutione per refrigerium cryſtalli mic
ſplendidae naſcuntur.

p. 456. Ab alcalinis ſalibus hac ſola ratione ſolu
teſt mercurius, vt eius ſolutioni nitroſae alca
liquor ſenſim ſenſimque inſtilletur, donec m
fluidum ad alcalinam naturam omnino inc
videatur.

p. 462. Vt hydrargyrum ex cinnabari deſtill
eliciatur, limatura martis adiici plerumque
etſi alcalia terraeque calcareae idem efficiunt.
vero plane ſingulare eſt, odorem alcalinum
tilem ſurgere, dum cinnabaris cum marte de
tur. Alcali cinnabarim humida etiam via deſt
quod eo magis mirandum eſt, cum Cl. Auct
pertus ſit, aethiopem, et poſt aliquot annos cin
rim, ex mixtis inuicem atque coctis hepate ſul
ris et hydrargyro ortum fuiſſe. Idem con
ſi hepati ſulphuris volatili aut ipſum hydrargy
aut eius varia praeparata e. g. vitriolum me
le, turpethum minerale, ſolutio mercurii n
mercurius praecipitatus ruber aut ſublimatus
roſiuus admiſcetur, ita vt cinnabaris inde m

breuius, mox intra longius temporis ſpatium
atur.

Tinctura mercurialis Comitis DE LA GARAYE p. 469.
ua mercurii viui, quatuor ſalis ammoniaci par-
us inuicem exacte tritis et cum ſpiritu vini ſuper
e digeſtis paratur. In morbis venereis, ſingula
o guttae huius tinctturae decem aut duodecim
n tribus aut quatuor aquae cyathis exhiberi
ſſunt. Aluum vix mouet, forſitan ſaliuae flu-
m parumper adiuuat.

Cum regulo Cobalti, antimonii et niccoli p. 470.
ercurius ſeſe combinari haud patitur. POTTIVS
men regulum antimonii cum calce paratum re-
t mercurio miſceri poſſe. MALOVINVS an-
monio crudo iunxit tam trituratione, quam
ſione. Quae tamen experimenta accurate inſti-
ta fuiſſe Noſter negat; quippe cum ipſe viderit,
ercurium ne diuturna quidem trituratione cum
timonio plane extingui poſſe, neque eandem
um ſulphure antimonii aut ipſo antimonio miſce-
Idem MALOVINVS zincum et mercurium fu-
one miſcuit, nactus inde miſcelam variae duritiei
o diuerſa ſingulorum inter ſe proportione.

Stannum malleo cuſum rigeſcit fragiliusque p. 474.
dditur; calefactum vero priſtinam tenacitatem
que mollitiem recuperat. Videtur autem in
niuerſum metallorum elaſticitas in duritiei et
us, qua citius tardiusque fundantur, facultatis
tione eſſe, ita, vt, quae duriora ſint, difficilius-
ue fundantur, ea ſub ictibus mallei rigidiora
nt et maiorem acquirant elaſticitatem. Veroſi-
ile autem eſt, metallorum, quae cuduntur, par-
culas in anguſtius volumen cogi; teſtante id
ndere ſpecifico, quo illa metallis fuſis ante-
dunt.

Exiguo

p. 475. Exiguo calore ſtannum liquatur; dum candeſcit, flamma ſurgit fulgida, adſcendens ſimul floribus albidis. MARGGRAFIVS candidam calcem, quae in vaſe exacte clauſo, ipſo ſtannum integro relicto, adſcenderat, arſenicum fuiſſe ſtimat. Vehementiſſimo igne adhibito, apparuerunt in crucibulo, cui ſtannum inditum fuerat, duo florum genera; alterum aciculatum candidum, alterum braſſicae capitatae floribus ſimile coloris lateritii: praeterea calx puluerulenta flaua et ſub ea vitrum hysgini coloris, relicta ſubtilis ſtanni non mutati portiuncula. Acido vitrioli ſuper igne ſtannum ſoluitur, naſcentibus poſt aliquot dierum refrigerium, cryſtallis troſo corroditur ſaltim cum feruore. Sol. ſtanni, cum acido ſalis in arenae balneo facta, pores ſpargit arſenicales; per euaporationem cryſtallos ſplendidas aciculatas cogitur. Est duplex genus eſt, alterum candidi, alterum coloris. Si magna huius ſalis copia ſimul purtur, cryſtalli micaceae ſunt, ſali ſedatiuo ſimiles. Aqua regis ſtannum facillime aggreditur et ſoluit. Paullo tardius autem in hoc labore ſandum eſt, alias acidi nitroſi praepotens efficax metallum absque diſſolutione corrodit. Tandem aceto quoque ſtannum ſolui poteſt. Caeterum hoc notabile eſt, calces ſtanni, ex ſolutionibus eodem acidis delapſas, longe difficilius poſſe metallum conuerti, quam quae vſtione paratae fuerunt.

p. 498. Cum arſenico facillime ſtannum ſubit combinatur. Labor iſte tunc maxime ex voto procedit, quando ſal neutrum arſenicale additum fuit. Regulus ſtanni inde natus, fragilis modum et lamelloſus eſt, neque funditur, igne rubens. Arſenicum omne ne vehemen

quidem igne ex hoc metallo ſeparari poteſt. que cum regulo Cobalti Niccoli et Antimonii iunctionem inire ſtannum reſpuit; ex antimo- crudo autem ſulphur ad ſe rapit. Fuſum Zinco praebet metallum pro diuerſa vtrius- proportione plus minusue durum atque du-

Plumbum fuſum paullatimque refrigeratum, p. 512. ferro pulſatur, tinnit; cuſum vero hac facultate ſtruitur. An ab aqua pura ſolui aut corrodi ſit dubium adhuc eſt: aquae ſeleniticae ali- tantum omnino ſoluunt, donec recens plum- eſt, nec terra iamiam incruſtatum. *Nitri* cryſtalli triangulares ſunt, angulis trun- Puluis griſeus ex ſolutione plumbi nitroſa ſolitus, cum mercurio nihil commune ha- quod chemici nonnulli ſomniarunt, ſed plum- eſt ſemicalcinatum. *Vitriolum plumbi*, cuius ſpicula referre ſolent, non modo acidi ope, verum etiam ſalibus vitriolicis mediis ex nitroſa plumbi ſolutione praecipita- Eadem ratione *plumbum corneum* cum acido naſcitur. Cum vero ex huius diſſolutione ſolutione, affuſo acido vitriolico, decidat vitriolum ſummum; apparet ſummam eſſe plumbum in- et vitrioli acidum affinitatem. Aqua deſtillata parando *magiſterio plumbi* nihil valet; ſic potius conſici debet, vt nitroſae plumbi ſolutioni al- purum affundatur. Saccharum ſaturni a ſali- vitriolicis deſtruitur; acido vitriolico, plum- acetoſo vero alcali ſalis vitriolici arripiente.

Plumbum cum Zinco et Cobalto fuſione p. 538. nequit. Cum antimonii regulo diuerſas metalli ſpecies, pro varia plumbi et re- antimonii inter ſe proportione duriores aut

p. 544. Calces *ferri*, quas *crocos* vulgo dicunt, co
variant pro diuerſa metalli puritate. Ferri p
ſimi calx coccinea eſt, neque colorem iſtum
vehementiori adhibito exuit.

p. 550. *Chalybis* conficiendi modum tripl
Cl. Auctor ex REAVMVRIO enumerat.
nempe ex ferro fuſo (*fer de greuſe ou de*
extrà furnum refrigerato, mox ex tali, quod
furnum ipſum refrigeratum eſt, mox de
ferro cuſo (*fer forgé*) cum cemento qu
ignitus paratur, eaque chalybis ſpecies prae
ſima eſt. Cementum duplex REAVMVRIVS
poſuit, alterum ex vſtae fuliginis ſedecim,
num contuſorum octo, cineris totidem et
communis quinque vnciis; alterum ex cin
fuliginis et carbonum ſingulorum octo, ſal
rini quatuor vnciis. Ad ſingulam ferri
vnciae binae cum drachmis tribus alterut
menti requiruntur. Ex eodem Auctore
ferri genera deſcribuntur, ex quibus, quod
ctum neque lamellarum neque granulor
cies affert, chalybem praeſtantiſſimum pro
Experimentis circa cementa varia inſtitu
ctum eſt, ea eſſe optima, quae plurimum
purae inflammabilis praebeant, inter ſali
ſubſtantias ſal commune reliquis eſſe prae
mum. Ferrum cuſum; ferro fuſo, dum
immerſum, in chalybem idoneum com
Notatu denique et hoc dignum eſt, chal
tam pondere, quam volumine ferrum exp
ita vt non poſſimus non ſuſpicari, acceſſiſſe
ex cemento ad ipſam ferri ſubſtantiam. Ex
nem chalybis igniti plurimum poſſe ad
duritiem ipſi conciliandam, nemini ignot
Varii huius extinctionis modi ab Auctore
recenſentur. Solet autem eo durior chaly

uo magis igne excanduit et frigidior fuit aqua. rae reliquis id extinctionis genus notabile eſt, uod Gallis *trempe en paguet* dicitur; immer- itur nempe aquae frigidae chalybs in pyxide cum mento concluſus atque ignitus. Non admodum ro neceſſarium eſt aquae ad chalybis extinctio- m adhibendae quicquam adiici. REAVMVRIVS perimentis cognouit ad chalybis extinctionem ritum vini et oleoſa omnia minus idonea eſſe a pura aqua; huius vero virtutem in hac re ae- are acetum vini ſuccumque raparum. Aquae rti immerſus chalybs parum ignitus, tantam ſequitur duritiem, vt lima amplius tractari recu- t. Quod ſi denique ad naturam chalybis ipſam picimus, Noſter ferro cuiuis aliquantum ſulphu- aut calcis ferri non metallici inhaerere arbitra- r, quod vſtione cum cementis inſtituta partim ſtruatur, partim in metallum abeat.

Vitriolum martis dum aqua ſoluitur ſemper p. 570. liqua ochrae martialis portione deſtituitur, quae undum vaſis petere ſolet. Id prohibendi duplex atio eſt; nimirum aut acidi vitriolici tantillum af- unditur, aut ſolutio aliquoties coquitur. Ex ſta ad colcotharis vitrioli lotionem adhibita ſal oddam euaporatione obtinetur, micaceum, in o partim terreae, partim ferrugineae baſi acidum haeret. Vitriolum cum inflammabili quadam teria vſtum pyrophorum producit, vulgari ta- en inferiorem.

Calces ferri materiam inflammabilem, qua p. 582. natae fuerunt, facillime recuperant, dummodo um oleo vel pinguedine igni committantur, ita men, vt aëris acceſſum remoueas. MAIAVLTIO dico Pariſienſi hoc inuentum debetur.

Crocus martis aperitiuus STAHLII, qui ex p. 590. *ſura martis alcalina* affuſo acido nitroſo decidit,

a magnete quidem non attrahitur, acidis vero
vi poteſt. Nitroſa eius ſolutio coloris ſtra
eſt, qui in nulla alia martis ſolutione obſe
ſolet.

p. 591. Vapores ex ſolutione martis in acido ſa
prodeuntes allium redolent flammaque ad
cum ſtrepitu accenduntur.

p. 596. *Lixiuium phlogiſticatum* ſ. *ſanguinis*, quo
fuſo ex ſolutione vitrioli martis *coeruleum Ber*
nenſe praecipitare neminem fugere arbitra
carbonum vegetabilium ope haud infeliciore
ſucceſſu, quam cum carbonibus ex animali re
petitis praeparari poteſt; in illis tamen vehe
tiore igne, quo vrantur, opus eſt. Caeterum n
eſt aluminis in conficiendo coeruleo Berolin
neceſſitas; neque, vt color eius fiat floridior,
ſalis acidum refugiendum erit, dummodo li
ſanguinis, antequam cum vitrioli ſolutione
fundatur acidum qualecunque adſperſum fu
In coerulei Berolinienſis natura explicanda, N
ſter MACQVERVM ſequitur, qui ferrum hac o
ratione phlogiſto abundanti onuſtum reddi ex
mat; repudiatis GEOFFROY et MAINONII
nionibus quorum alter ſanguinis oleoſam pa
bituminoſo ferri principio iunctam coerulei c
ris cauſſam eſſe autumabat; alter vero colo
ferri proprium et natiuum quaſi hoc labore r
tui volebat, dum nempe ferrum liquore al
phlogiſticato praecipitatum omni materia al
et ſalina alias ipſi adhaerente priuaretur. Po
forſitan absque vitriolo fieri coeruleum Ber
nenſe aethiope vel limatura martis et lixiuio p
giſticato, inuicem commixtis atque per ſat lo
tempus digeſtis. Per deſtillationem ex coe
Berolinenſi alcali volatile tam fluidum, quam ſ
dum et oleum empyreumaticum elicitur; a
ide

lem semper huius laboris est euentus, siue ani-
alem siue vegetabilem carbonem in lixiuio san-
uinis parando adhibueris. Coeruleum Berolí-
ense ab affuso lixiuio alcalino omni orbatur co-
ore; liquor filtratus *alcali phlogisto saturatum* (*al-
li Prussien saturé*) sistit, succineo colore tinctum
ores persicae redolens, alcalinam naturam neque
pore neque efferuescentia cum acidis, neque co-
ra coerulei vegetabilium mutatione prodens;
nnia tamen metalla ex solutionibus acidis detur-
ns. Semper tamen huic lixiuio phlogisticato
liqua coerulei Berolinensis particula inest, quae,
dperso acido, manifestatur. Tutissima vero ra-
illud ab omni coerulei Berolinensis admixtione
randi est, si acetum destillatum affundas, quod
cidi genus nullo ferro adulteratum esse solet;
nceps vero omni peregrina substantia exclusa
antum salis lixiui addas, quantum ad saturandum
cidum sufficiat.

Sulphuris et ferri aquae adminiculo inter se p. 608.
rtorum spontaneum incendium plurimi Aucto-
s a frictione particularum deriuare conati sunt.
iorum sententiae haud suffragatus Noster, illud
cendii phaenomenon aliunde potius repeten-
um esse censet. Cum nempe aquae magna erga
rrum, nec minor sit ferri erga sulphur propen-
io, efficitur inde, vt ferrum, ab aqua corrosum
diusumque subtilissime, sulphur aggrediatur, quod,
ae ntione euoluta aliqua phlogisti sui portione
ehementer immutatur. Dum itaque ignis paul-
im extricatur, calorque identidem augetur;
ui non potest, quin aqua vaporibus absumatur,
que tandem exsiccata materies prae summo ca-
re, sulphur, quod a ferro nondum fuit destru-
um, flamma manifesta deflagret. Terrae motus
que concussiones a simili caussa pendere viden-

tur. Caeterum et hoc notabile eſt, ferrum, [illegible] probe excandefactum eſt, ſtatim adſperſo [illegible] re colliquari.

p. 616. *Crocus Martis* ZWELFERI ex nitri cum [illegible] detonatione ortus. *Flores ſalis ammoniaci [illegible] tiales* falſo plerumque ita praeparantur, [illegible] ferri, quam ſalis ammoniaci adhibeatur. [illegible] cum ferrum dirimere ſoleat coniunctionem, [illegible] inter alcali volatile et acidum ſalis eſt, [illegible] erit, ne ferrum prae ſale ammoniaco domi[illegible] Id enim tantum, quod ferri vim eludit, in [illegible] compingi ſolet.

p. 621. Ferrum cum arſenico, regulo cobalti, [illegible] coli et antimonii coniungi poteſt. Cum [illegible] tho, plumbo, et mercurio combinari [illegible] Mercurium ſublimatum corroſiuum humi[illegible] in partes ſuas conſtituentes reſoluit. Zinc[illegible] inde ac ſtanno imbracteari atque hac ratione [illegible] bigine defendi poteſt.

p. 632. *Cuprum* vehementiſſimo igne tortum [illegible] ma coerulea flagrat, floribus ſimul auolantibus [illegible] viridi cinereis.

p. 648. Quod cuprum ex ſolutionibus ſuis ferri [illegible] minimulo ſub forma metallica praecipitetur, [illegible] que immerſo apponatur, id Noſter abundare [illegible] phlogiſto, quod cupro ſoluto ſeſe admiſceat, [illegible] buendum eſſe cenſet.

p. 656. *Cuprum album* ex cupro et arſenico [illegible] ctum diutius protracta atque iterata fuſione [illegible] litiem et tenacitatem, quam perdiderat, recu[illegible] conſtante tamen colore argenteo.

p. 658. *Metallum Principis* ROBERTI et [illegible] (*Tombac, ſimilor, cuivre iaune*) ex cupro, [illegible] tum eſt et zinco fiunt. Quo plus, cupri [illegible] fuit, eo obſcurior color eſt. Vehementi [illegible] zincum omne abigitur ſuperſtite cupro [illegible]

cero. Arſenico pallidior color huic metallo
neiliatur.

Cum bismutho, Auctore GELLERTO cu- p. 662.
rum coniungi poteſt. Mercurium ex acido ni-
ſo ſub metalli ſpecie deiicit. Dirimit etiam
dem cum acido ſalino coniunctionem. Cum
no mixtum rigeſcit, fragiliusque redditur.
untur inde varia metalli compoſiti genera ad
panas, et tormenta bellica idonea. Cum fer-
Noſter cuprum nunquam fuſione miſcere
uit.

III.

ones plantarum ſponte naſcentium in regnis
Daniae et Noruegiae, in ducatibus Sleſuici
et Holſatiae, et in comitatibus Oldenburgi
et Delmenhorſtiae: ad illuſtrandum opus
de iisdem plantis, Regio iuſſu exarandum,
florae Danicae nomine inſcriptum; editae
ab eius operis Auctore GEORGIO CHRI-
STIANO OEDER. Volumen tertium, conti-
nens Faſciculos VII. VIII. IX. ſeu Tabulas
CCCLXI—DXL. Hafniae. Typis Claudii
Philiberti 1770. Volumen quartum, con-
tinens Faſc. X. XI. XII. ſeu Tabulas DXLI-
DCCXX. ibid. 1777. fol.

Splendidi huius operis continuationem indicatu-
ri id, quod iam alibi enarrauimus *), repeta-
mus, Ill. O. F. MÜLLERVM a faſciculo XI. eius edi-
tionem curaſſe, atque ita diligenter, vt eadem ele-
gantia atque cum ipſis plantarum prototypis con-

 venientia

*) vid. Comm. Noſtr. Vol. XXI. p. 173.

venientia confectas reperiamus icones, qu
priorum voluminum commendarunt tabulas
ceptis enim paucis quibusdam, quarum colo
naturali plantarum nonnihil recedit, imagini
omnes plantas ita bene repraesentant, vt pr
intuitu easdem cognoscas. Eadem etiam el
hibita solertia in florum partibus sexualibus
candis, atque fasciculo duodecimo adiunctu
index plantarum omnium alphabeticus, et
quae iam depictae sunt, et quarum imagines
quentibus fasciculis tradentur. Reperiuntur
que plurimae plantae Europae toti indigenae,
eoque satis notae, primum tamen viuis colo
illustratae, quaeque, si opus perfectum re
dum erat, abesse non poterant: Vix dubi
quin plurimi botanici elegantissimas et fide
rum plantarum icones sibi comparent vel
comparaturi. Ideoque hic nonnullas rariore
tum, atque nouas, vel eas, quarum LINN
nondum meminit, indicemus.

Ad priores referendae videntur.

Tab. 361. Dentaria bulbifera LINN.
- 364. Ruppia maritima.
- 386. Cardamine petraea.
- 389. Arenaria tenuifolia.
- 418. Koenigia Islandica.
- 557. Lepidium latifolium.
- 559. Silene armeria.
- 566. Anemone Groenlandica.
- 567. Lepidium Groenlandicum.
- 568. Scilla bifolia, in insula Feroë habita
- 569. Lepidium Alpinum.
- 585. Chelidonium Glaucium, creuit in Is
landia.

Tab.

ib. 624. Arenaria peploides: in littoribus Daniae et Noruegiae.

. 630. Hordeum maritimum.

Nouas has notauimus.

Tab. 371. *Carex diuiſa*, ſpica compoſita, culis rotundis confertis androgynis, foliolo lonri inſtructis, culmo ſubtereti. HVDS. 348. In s ſabuloſis maritimis.

Tab. 425. *Carex*, ſpica maſcula terminali, feminis tribus quatuorue ſubſeſſilibus axillaribus tantibus per totum culmum folioſum, caule re-. In arenoſis maritimis et ſyluaticis prope *eltofte* Sicellandiae.

Tab. 432. *Carex*, ſpica vnica ſubrotunda, gluouatis, breuiſſime ariſtatis. An HALL. 1354? arenoſis maritimis *Noruegiae*.

Tab. 442. *Carex* ſpica maſcula et femineis ibus ſubſeſſilibus in ſummo culmo approximatis, um folio ſingulae ſuo, infimo culmum excedenAn HALL. 1374? In vliginoſis ſyluaticis Daae.

Tab. 444. *Carex* ſpica maſcula et femineis bus ouatis approximatis ſubſeſſilibus in axillis ccingentium foliorum. An *Carex montana* LINN. vliginoſis.

Tab. 441. *Iunci piloſi* LINN. var. floribus ſciculatis HALL. in Noruegiae ſyluis ſubalpinis.

Tab. 390. *Saxifraga* foliis caulinis palmatis iolatis, caule bulbifero ſubramoſo et multiflo. An *S. bulbifera*. In Islandia.

Tab. 688. *Roſa mutica* germinibus globoſis, anculis petiolisque glabris, caule aculeis raris ecidis. HALL. 1107. In fruticeto rupeſtri litto *Drōbakienſis*.

Tab. 691. *Plantago ſquamata*, foliis ſ
lindraceis integerrimis baſi glabris, ſcapo
ſubpiloſo. Flor. Fridrichsd. 126. In ſabul
catus Sleſuicenſis.

Tab. 701. *Agroſtis ſylueſtris* petalo ex
pubeſcente, ariſta dorſali longa. Raro in
Fridrichsdalenſi.

Tab. 703. *Carex maritima* ſpicis pe
maſculis pluribus, calycibus ariſtatis. In
Dröbakienſi.

Multae ſpecies nouae ex Cryptog
claſſe: vt Tab. 394. *Fucus* fronde cartil
plana, ſupradecompoſita, ſegmentis li
apice globuliferis. Quaeritur an ſit *F.* g
LINN. differt tamen hic *apice ſetifero.*

Tab. 405. *F. digitatus* aluearioru
Pruſſ. 4. 17. videtur nobis *Clauariae* ſpeci
C. faſtigiata, LINN.

Tab. 408. *F. cartilagineo corneus* tere
ramis multifidus, apicibus acutis. An *F.*
HVDSONI.

Tab. 420. *F. fungularis* IMPERATI
MORIS. III. 645. vix dubitamus, quin ad *A*
pertineat.

Tab. 652. *F. roſeus* frondibus membr
repandis laciniatis petiolatis, caule tereti
moſo. An *F. rubens* LINN. In Sinu Dröbak

Tab. 651. *Conferua ſericea*, filamen
culatis ramoſis, ramis faſciculatis, confer
ridibus. Enum. Flor. Dan. 69.

Tab. 653. *Vlua incraſſata*, frondo
ramis ſimpliciſſimis teretibus lubricis apic
ſus craſſioribus. Raro in Sinu prope *Laur*

Tab. 462. *Lichenoides* gelatinoſum atro
DILLEN. 140. t. 20. f. 24. *Marchantia* LIN

Tab. 463. f. 1, *Lichen gelatinoſus*, laminis ticalibus vndato criſpis, ſuperficie denſi ceſpitis gulariter criſpa, peltis marginalibus ſpadiceis. *Lichen gyroſus*, gelatinoſus, laminarum verti- um marginibus ſubaequalibus, ſuperficie denſi ſpitis eleganter gyroſa: peltis marginalibus diceis. Ambo terreſtres in vmbroſis.

Tab. 464. *Peziza polymorpha*, atrofuſca, car- corea gelatinoſa, primum caua, per maturita- farcta, pileo e medio ſuccreſcente rugoſo in breui craſſo. In cortice ligni fagi. vid. MÜLL. Holm. 1762. f. 3.

Tab. 469. f. 2. *Peziza radiata*, pileo patente membranaceo fibroſo ſtriato et zonis picto. In dia.

Tab. 566. *Lichen Groenlandicus*, foliaceus re- lobis ad horizontem obliquis, rotundis con- fangulis marginalibus, viridulo glauceſcens, ferne niger. Edulis eſt in Groenlandia, eoque contra haemoptyſin non ſine fructu vtun-

Tab. 467. f. 1. *Mucor*, (Trichia) capitulis mi- ſtipitibus breuibus nigris. f. 2. *Mucor* (Tri- capitulis pyriformibus rubro aurantiis, ſtipi- breuibus albis. Ambo habitant in cortice *ſylueſtris* f. 3. *Mucor* (Trichia) capitulis nigris, ibus longioribus fuſcis. Paraſitica in aliis

Tab. 468. f. 2. *Lichen leproſus*, cinereo glau- ſcens, ſine ſcutellis, cruſta rimis infinitis diuiſa ſaxis *Bornholmiae*. f. 3. *L. leproſus*, albicans rimoſa, inſulis ſubrotundo angulosis, ſcutel- glaucis albo margine. *Ibidem*.

Tab. 470. f. 1. *Lichen leproſus*, ruber tuber- nigris. f. 3. *L. gelatinoſus*, imbricatus, lobis tuſis laceris, peltis fuſcis proliferis. Ex Islandia.

Tab.

Tab. 472. f. 3. *Licken leprosus*, crusta glauceſcente, rimis in maculas ſubrotundas tuberculis atris, in lineas curuas diſpoſitis pulis maritimis Noruegiae.

Tab. 478. *Bryum* foliis ſtriatis reflexis, capſulis ſphaericis ſubnutantibus, ritate ſtriatis. In ſaxis irriguis alpium Nor rum rarius.

Tab. 538. f. 1. *Bryum* foliis capill capſulis oualibus erectis in pedunculis br f. 2. *Bryum* foliis ſetaceis curuatis, capſulis obtuſe ouatis, capitello oblique roſtrato; ap capitulo ſubiecta. In humo atra irrigua Chriſtianiam.

Omittimus Fungos nouos, vt *A* Tab. 491. 540. 599. 600. *Eluelam* Tab. *Phallos marcidum* et *conicum* Tab. 654. *am*, *Pezizam*, *Merulium* Tab. 655. 656. nentes Tab. 657. 658. *Clauarias* egregie in quibus Cl. MÜLLER loco ſeminum protrudi vidit, quemadmodum in Actis Berolinenſibus egregie expoſuit*) vnde dem animalibus adiunxit **). Tab. 660. *ſtellaris* depingitur, de qua plura in diario rae ſcrutator dicto ***), diſſeruit Cl. Au

Animaduertere licebit haec. Faſc. IX. *Pulmonariae*, quae hic dicitur *anguſtifolia* lata pingi folia, vt nobis magis varietas videatur, quam vera ſpecies Linneana, prorſus lineari lanceolatis inſtruitur, Tab.

*) v. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 686.
**) Zool. Dan. Prodr. p. 256.
***) *Naturforſcher VII. St. S.* 189.

Sambuco nigra saepe stamina sex picta sunt, quae tum quina adesse deberent. In T. DLIV. *Eryngii pestris* florem vnum, anatomice dissectum, et gnitudine auctum desideramus. Quae hic Tab. XIV. *Agrostis stolonifera* dicitur, omnino *Alope- rus geniculatum* repraesentat. Myosotidis scor- idis naturalis amoenusque color in Tab. 583, arte est satis imitatus. Neque apud nos locum et, quod hic dicitur, flores eiusdem in locis is corollas luteas nanciſci. *Teucrium scordium*, d hic Tab. 593. floribus purpureis pictum nobis semper floribus coeruleis obuenit. De hemide, Tab. 685. depicta, ipse Cl. Auctor itat, an sit *tomentosa* LINN. etsi descriptio ab em data satis conueniat.

IV.

C. IOS. IACQVIN Miscellanea Austriaca ad Botanicam, Chemiam, et historiam natura- lem spectantia, cum figuris partim colora- tis. Vol. I. Vindebon. 1778. 4to pagg. 212. tabb. aer. 21.

Collegit Cl. IACQVIN in opusculo, cuius sum- mam iam indicabimus, varios tractatus, quos rum ipse, partim alii in Vniuersitatibus Austriacis ipserunt, siquidem sic fuerint comparati, vt vi- rum doctorum mereri videantur attentionem. ntinentur vero in primo hocce volumine:

1. NIC. IOS. IACQVIN *Genitalia Asclepia- rum.* Exposuit hic structuram partium florem p. 1. stituentium diuersarum *Asclepiadum* planta- mque his affinium, quorsum *Periplocae*, *Cynan- cha*,

cha, *Apocyna* atque *Stapeliae* pertinent. Pa
runt adhuc botanici has plantas omnes ad
vegetabilium cenſum, quibus natura ſtamina
que donauit. Cl. Auctor vero primus oc
mati ope detexit corpuſcula vulgo pro ſtam
habita hoc nomine neutiquam eſſe inſig
ſed alia quaedam, quorum in ſingulo flore
untur decem. Nos in natura harum parti
ponenda propterea erimus breuiores, quo
olim, cum I. T. KOELREVTERI ſuper eade
indiceremus commendationem, rem ipſam
expoſuimus. Incitabatur vero KOELREV
ad harum plantarum diſquiſitionem, Cl. A
NI exemplo, cuius quoque aſſerta vario m
mendare ſtuduit. Sic *Periplocam Graec*
que modo gaudere ſtaminibus, antheris
dearum male pro fertililibus haberi, quia
contineant nullum, ipſarum corpuſculum
catum, vt a LINNEO dicitur, male cum
comparari, aſſeruit. His, introitus loco,
Auctore Noſtro recenſitis, ſingulae KOEL
TERI obiectioni ſatisfacere eſt anniſus. C
periplocam attinet *graecam*, docet planta
ctu numeri antherarum decandris vtique
ſociandam, quamuis ipſi quinque modo con
filamenta. Cum itaque ſingulo filamento
duplex inſideat, minime reprehendendus
Noſter, ſi plantam ipſam decimae ſyſtema
neani claſſi inſeruerit. In denominatione
rarum, ſuam ſententiam propterea non
Cl. IACQVINVS, quod dubium a KOELREV
motum, potius verba, quam rem ipſam ſp
parum enim certe intereſſe videtur, vtrum
foecundans gluten ſit, an puluis tenuiſſimus,

*) v. comm. noſtr. Vol. XXII. p. 4.

ipſa materia modo foecundationis negotium rigatur. Corporis truncati figura cum alia re lla tam idonee comparari poſſe Noſtro videtur am cum ſtigmate, quare donec obſeruatis me- ra fuerit edoctus ſententiae ſuae deditus mane- His praemiſſis tranſit ad *Aſclepiadearum* p. 9. ndobonae viuentium generationem deſcriben- m. *Apocynum Sibiricum*, *Apocyno cannabino* LIN- AEI ſimillimum et *Periploca Graeca*, anthera in onis filamento praedita ſunt duplici. *Periploca iriana* ſimilis eſt *Aſclepiadi Vincetoxico*, *A. nigrae* *Cynanchо acuto*, vagina ab nectario adſcendente illumque ambiente, ſtaminibusque decem ſtig- adnatis; hincque Gynandriae Decandriae, *periplocae* generi, annumerari debet. *Cy- erectum* bracteis vaginae loculamentis de- et ſtigmate elongato conico craſſo a con- ibus differt. Reliquae *Aſclepiadis*, quas dis- ſpecies, gynandrae ſunt, ſquamis necta- engunt ſtylos, antherasque in bracteis ex licatis nectarii productionibus confectis recon- *Stapeliae* tubercula ſtaminifera angulis ginalibus ſtigmatis adnata, ab alarum interio- productione facciformi teguntur.

Ex ſitu hoc inſolito antherarum atque vagi- um, minus recte Cl. KOELREUTER collegiſſe detur, quod per ſacculos hos materia foecun- deferatur ad germina; cum via pollinis exſu- ad ſtigma accommodatior ſit, atque cum culi hi piſtillum in marginis puncto modo tan- nec ei accreſcant. Formam florum iam nomi- orum a tabula prima ad quartam tradi curauit.

2. *Compoſitiones medicamentorum pharmaceu-* p. 32. *ticae generales*, a IOS. SONNAVER. Nobis libelli huius

huius perquam docte ſcripti ſummam, ea
ſione accurate exponere animus eſt.

p. 133. 3. NIC. IOS. IACQVIN *Semperuiuum*
me monſtroſum. Aberrauit planta a naturali
ma racemis ſuperius folioſis et floribus
quatuordecim inſtructis. A *Sedo rupeſtri*
ſemperuiuum hoc vel LINNEO teſte ſimillim
differt, quod huius folia in apicem acutum
nuentur, quae illi ſint obtuſiora; luteo de
lore *ſedi* petala a *ſemperuiui*, albi nimirum,
ſcuntur; caulis denique, qui ad efflorescen
que in *ſedo rupeſtri* nutat, in *ſemperuiuo*
ſemper conſpicitur erectus. Figura huius
tae tabula quinta cernitur.

p. 135. 4. EIVSD. *fungi quidam ſubalpini.*
illorum eſt *clathri* ſpecies, quam pro
LINN. Noſter habet. Omnis huius fungi
ficies rubra eſt, praeter verticem fuſcum.
capituli, inſidet nimirum fungulus ſtipiti
tenui, glaber eſt et in breues pilos ita
vt nunc globus filorum rubrorum conuolu
ſuperſit. Vertex fuſcus non mutatur. Qu
turam cum induit fungus, ſemina expellit
rubra minima. Fungus ipſe in tabula ſexta
ſpicitur. In tabula ſeptima vero *Lycoperdi*
ſiforme LINNAEI reperitur, quod rarius
ptum cum *Lycoperdo epidendro* multum
nientiae alit. In tabula octaua fungus repr
tatur ſuper *Agarico reticulato* etc. MICHELII
tus, pultiformis, parum mammillaris, luteus,
microſcopio teſte *Lycoperdis* annumerari po
tur. *Hydnum gelatinoſum* monſtroſum acu
tum fungum obſidentibus tabula nona repr

Fung

ungus in tabula decima depictus est *Peziza coro-*
ria, cyathiformis vtrinque glabra, limbo laci-
to erecto; color intus fuscus, foris pallidus.
letus medulla panis, LINNEO incognitus, cru-
ceus albus, super lignis putridis diffusus, in
perficie superiore foraminulis perforatus, sua-
lens, in tabula vndecima est depictus. Tabulae
decimae mandatus est *Boletus leptocephalus*
ratus, pileo plano tenui, orbiculari, supra cer-
no subtus albo, stipes rarius centro pilei inseri-
. A *Boleto perenni* LINN. differt eo, quod
ciis illis diuersicoloribus, quae *Boleto perenni*
buuntur, sit destitutus. *Tremella mesenterifor-*
apud LINN., quamuis ab aliis multis descripta,
reperitur. Est vero gelatinosa, tremula, pellu-
da, alba vel lutea, in plicas intorta, stipite caret.
gnum ipsius tabula 13. offert. *Tremella rufa*
